

PHARMACOPOEA NORVEGICA.

EDITIO ALTERA

ITERUM TYPIS DESCRIPTA.

REGIA AUCTORITATE EDITA.



CHRISTIANIÆ.

IMPENSIS ALB. CAMMERMEYER.

1879.

PHARMACOPOEA NORVEGICA.

EDITIO ALTERA

ITERUM TYPIS DESCRIPTA.

REGIA AUCTORITATE EDITA.

CHRISTIANIÆ.

IMPENSIS ALB. CAMMERMEYER.

1879.

Typis officinæ Mallingianæ.

Index.

	Pag.
Præfatio alteræ Pharmacopoeæ Norvegicæ editionis nunc iterum typis descriptæ	V
Præfatio alteræ Pharmacopoeæ Norvegicæ editionis . .	VII
Prolegomena et canones	X
Abbreviata & signorum explicatio	XIV
Materia medica	1
Apparatus, qvi in omnibus pharmacopoliis præsto esse debent	279
Reagentia	280
Solutiones exploratoriæ	283
Tabula rationem inter pondus medicum hucusqve usitatum et pondus metricum exhibens	284
Tabula rationem inter pondus metricum et pondus medicum hucusqve usitatum exhibens . . . . - . . .	285
Index medicaminum, qvæ rubris litteris et nota veneni signata in armariis obseratis servanda sunt . . .	286
Index medicaminum, qvæ rubris litteris signata in vasis vel in cistulis scriniisve stannatis servanda sunt .	287
Tabula qvantitatem maximam medicamentorum vehementium adultis interne pro dosi dispensandam exhibens	290
Tabula exhibens rationem inter pondus specificum Alcoholis cum aqva destillata mixti et partes centesimas Alcoholis anhydri, ratione habita voluminis et ponderis	292

Pag.

Tabula exhibens rationem inter pondus specificum et copiam acidi anhydri, qvæ in partibus centum (100) Acidi acetici cum aqva diluti continetur (+ 15° C.) 295
— « Acidi hydrochlorati « 296
— « Acidi nitrici « 297
— « Acidi sulphurici « 298
— « « Ammoniaci (+ 14° C.) . . . 299
Tabula, qvæ approximate indicat, qvot partes Aqvæ frigidæ ad singulas partes medicaminum qvorundam solvendas reqvirantur 300
Tabula pondus atomorum demonstrans 302
Index medicaminum, qvorum fortitudo vel compositio in Pharmacopoeæ Ed. II commutata est 303
Index medicaminum et qvæ in alteram Pharmacopoeæ editionem nunc iterum typis descriptam nova recepta sunt et de qvibus aliqvid mutatum est 306
Index 308
Addenda & corrigenda 319

Omnibus alteræ Pharmacopoeæ Norvegicæ editionis exemplaribus divenditis nova exemplaria typis describerentur necesse erat. Nonnulla nova medicamenta, qvæ nunc freqventer adhibentur et qvæ partim in formulam medicamenta vendendi jam recepta sunt, item nonnulla composita præparata ad plebis necessitatem præcipue accommodata digna, qvæ hac occasione data adderentur, editoribus visa sunt. Item synonyma ad pharmacopoeas, qvæ postqvam altera nostræ pharmacopoeæ editio primum typis descripta erat editæ sunt, Sveciam, Germanicam, Britannicam et pharmacopoeam Americæ septentrionalis, accommodarentur necesse erat.

Additamenta et graviores mutationes in tabula singillatim enumerata sunt. Qvæ additamenta et mutationes iisdem, qvi hanc editionem olim componebant, debentur, excepto tamen Dr. F. P. Möller, qvi nunc qvidem peregre profectus est. Chirurgus autem centurialis H. Lindboe editores adjuvit.

Præfatio.

Quum omnia exemplaria Pharmacopoeæ Norvegicæ vendita essent, novamqve et emendatam editionem ipsum tempus postulare videretur, edicto regio 2 Februarii 1867 cura nobis mandata est, ut novam editionem Pharmacopoeæ Norvegicæ conscriberemus, in qva systema ponderis Gallicum, qvod metricum vocant, usurpandum esset, iisqve ut fundamento nitendum, qvæ inter delectos viros, e Dania, Svecia, Norvegia ad emendandam Pharmacopoeam missos, a. 1865 Stockholmiæ convenerunt. Hoc opere nunc in lucem prodeunte, pauca nobis præfari licebit.

Medicaminum 687, qvæ priore editione continentur, circiter 250, composita plerumqve et qvidem pharmaceutica, in hac omisimus; qvæ in priore editione non erant, circiter 60 recepimus.

In compositione et fortitudine medicaminum propter ea, qvæ de hac re convenerant, non pauca mutanda fuerunt; ex his satis erit hoc loco tincturas efficaciores nominare, qvarum fortitudinem a 20% ad 10% minuimus; omnes majoris momenti mutationes, qvæ in eo genere factæ sunt, in tabula singillatim enumeravimus.

Pro pondere medicinali editionis prioris systema metricum secundum edictum, qvod supra diximus, in hanc editionem induximus. Ratio inter pondus grammatum et pondus adhuc usitatum medicinale in tabula et accurate et, ut ad usum aptior esset, approximate indicata est.

Ut systema metricum induximus, ita latius qvam in priore editione systema, qvod decimale dicunt, usurpavimus, ubicunqve ita fieri potuit, ut fractis numeris non uteremur nec proportionem singularum partium eorum medicaminum, qvæ ex priore editione retinuimus, multum mutaremus.

Ad majorem numerum præparatorum chemicorum præcepta parandi adjecimus.

Ne præter necessitatem cariora fierent hæc medicamina, qvæ plerumqve in officinis technicis parantur, neve pharmacopola, præceptum Pharmacopoeæ seqvi coactus, novas et emendatas rationes, qvas monstrarent litteræ et artes excultiores, adhibere impediretur, majore numero horum præceptorum pharmacopolæ svadere, non imperare voluimus.

De synonymis has spectavimus Pharmacopoeas: Pharmacopoeam Norvegicam 1854, Ph. Svecicam 1869, Ph. Danicam 1868, Ph. Borussicam 1862, Ph. Germaniæ 1867, Ph. Austriacam 1869, British Pharmacopoeia 1867, Pharmacopoeia of the United States 1864, Pharmacopée Française 1866.

In addendis synonymis majores compositionis fortitudinisve mutationes plerumqve notavimus, id qvod summa cura in synonymis e Pharmacopoeis Svec. et Dan. receptis observatum est.

Ubi præparata hujus editionis a priore multum discrepant, id propria annotatione significavimus.

Præter indices et tabulas, qvas supra diximus, hæc qvoqve adjecta sunt: Index reagentium et apparatuum qvorundam, qvi in omnibus pharmacopoliis præsto esse debent, tabulæ Alcoholis, Ammoniaci, acidorum qvorundam, tabula ponderis atomorum, tabula, qva ostenditur solubilitas in aqva medicaminum qvorundam officinalium.

Hoc opus in publicum edentes maximas gratias agimus auctoribus novarum Pharmacopoearum, Svecicæ et Danicæ, qvæ, dum ultimam operi nostro manum imponi-

mus, summo nobis usui fuerunt. Et inter eos singularibus verbis laudandus est N. J. Berlin, præses regii collegii sanitatis Svecici, qui, ut consilio et opera nobis adesset, nec tempori nec viribus pepercerit.

Pharmacopolis qvoqve medicisque haud paucis Norvegicis gratia debetur maxima, qvod plurima et qvidem utilissima prompto animo nobis impertiverunt.

Labores nostri cum Danis et Svecis conjuncti non plenam illi qvidem similitudinem efficere potuerunt, id qvod in primo hujus generis conatu non exspectandum erat, præsertim quum priores Pharmacopoeæ, qvibus ut fundamento hoc commune opus niti debuit, tot et tantis rebus inter se discreparent; summam tamen propositi partem, communem medicaminum ejusdem nominis compositionem, assecuti sumus; qvod qvanto sit usui, facillime æstimabitur, si incommoda prioris dissimilitudinis in hoc genere haud infreqventia spectaveris, qvæ incommoda, commeatu inter gentes regionum septentrionalium in dies augescente, etiam majoris momenti fore apparet.

Ideo gravissimas horum incommodorum causas novis Pharmacopoeis Scandinavicis summotas crediderimus. Qvod in hac re reliqvum est, id nunc qvidem, primo gradu et difficillimo facto, post tempus non nimis longum eo facilius perfici posse speramus.

Die 31 Maji 1870.

E. F. Lochmann,
Medicinæ Professor.

O. M. N. Lund,
Medicus.

F. P. Møller,
Dr. philos., Pharmacopola.

H. H. Hvoslef,
Dr. philos., Pharmacopola.

Prolegomena et canones.

Mensuræ et **pondera**, qvibus medici in medicamentis præscribendis et pharmacopolæ in medicamentis ad usum medicum dispensandis uti debent, hæc sunt:

Principium mensuræ longitudinis est **metrum Gallicum**, qvod pedibus Norvegicis 3,187 respondet.

1 **metrum**	continet . . .	10 decimetra.
1 decimetrum	„ . . .	10 centimetra.
1 **centimetrum**	„ . . .	10 millimetra.

Principium ponderis est **gramma Gallicum**. Libra mercatoria Norvegica („Skaalpund") grammata 498,1137, libra medica Norvegica grammata 357,8452 exæqvat.

1 **kilogramma**	continet	10 hectogrammata.
1 hectogramma	„	10 decagrammata.
1 decagramma	„	10 grammata.
1 **gramma**	„	10 decigrammata.
1 decigramma	„	10 centigrammata.
1 **centigramma**	„	10 milligrammata.

Mensura, qvæ **litrum** vocatur, kilogramma unum vel mille centimetra cubica aqvæ destillatæ sub temperatura 4^0 exæqvat. Litrum unum respondet mensuræ, qvam „Pot" vocamus, 1,036.

1 kilolitrum	continet . . .	10 hectolitra.
1 hectolitrum	„ . . .	10 decalitra.
1 decalitrum	„ . . .	10 litra.
1 **litrum**	„ . . .	10 decilitra.
1 decilitrum	„ . . .	10 centilitra.
1 centilitrum	„ . . .	10 millilitra.

Thermometrum centum graduum sive Celsianum ad gradum caloris constituendum in hac Pharmacopoeæ Norvegicæ editione adhibetur.

Pondera specifica calore graduum qvindecim (+ 15°) definita sunt.

Medicamina, qvibus continentur substantiæ volatiles, ita asservanda sunt, ut nihil volatile deperdatur.

Plantarum partes omnes, qvantum fieri potest, e plantis in nostra patria sua sponte nascentibus potius qvam e cultis colligendæ et diligenter siccandæ sunt. In receptaculis ligneis vel vitreis vel porcellaneis vel metallicis ita servandæ sunt, ut qvum insecta tum lux, humor partesqve pulverulentæ, qvæ in aëre insunt, ab iis arceantur. Ne sint mucidæ neve cariosæ; prospiciendum est, ne colorem, odorem, saporem proprium amittant.

Pulveres. Substantiæ in pulverem redigendæ primum ab omnibus partibus alienis adhærentibus vel immixtis purgentur et adhibito calore 60°—65° non excedente caute siccentur, prius, si opus est, concisæ vel alia ratione comminutæ. Deinde substantiis in mortario vel alia ratione contritis et in cribrum supra infraqve obtectum immissis, pulvis qvassatione secernatur. Pulvis secretus probe commisceatur et, si opus est, iterum caute siccetur, tum in vasis probe siccatis, bene obturatis, a luce remotis servetur. Partes remanentes substantiarum vegetabilium abjiciendæ sunt. Parvam tantum copiam pulverum ex substantiis organicis paratorum servare licet. Pulveres vegetabiles paratos emere pharmacopolæ non licet.

Pulverum tria exstant in pharmacopoliis genera.

1. **Pulvis crassus**, qvi per cribra trajiciendus est confecta ex ferro laminato stannoqve obducto, qvorum fundus foramina habeat rotunda diametro circiter 1,5 millimetri.
2. **Pulvis communis**, qvi per cribrum bombycinum tra-

jiciendus est ita contextum, ut singula centimetra fila circiter triginta (30) capiant vel ut singula centimetra qvadrata foramina habeant circiter 1000.

3. **Pulvis subtilissimus**, qvi per cribrum bombycinum trajiciendus est ita contextum, ut singula centimetra fila circiter qvinqvaginta (50) capiant vel ut singula centimetra qvadrata foramina habeant circiter 2500.

Si de subtilitate pulveris in formula medica nihil præscriptum est, pulvis communis dispensetur. Cribrum setaceum adhibere licet, si pulverem ejusdem subtilitatis præbet.

Concisio ita instituatur, ut omnes partes eadem fere sint magnitudine; partes pulverulentæ cribro secernantur.

Parvam tantum copiam partium vegetabilium concisarum servare licet.

Species. Ad species parandas cribra adhibeantur confecta ex ferro laminato stannoqve obducto, qvorum sit fundus foraminibus rotundis diametro circiter 4,5 millimetri trajectus, exceptis iis, de qvibus in formulis aliter præscriptum est.

Nisi aliud diserte præscriptum est:

Maceratio fiat calore 15°—25° inter agitationem vel qvassationem sæpius repetitam;

Digestio fiat calore 35°—40° inter agitationem vel qvassationem sæpius repetitam.

Emplastra semper linteo, nisi aliud medicus præscripsit, illinenda sunt. Nisi in formula medica alia illitura expresse postulatur, centum (100) centimetris qvadratis lintei vel alutæ vel sericí grammata duodecim (12) cujusvis emplastri generis illinantur, excepto Emplastro adhæsivo, cujus grammata duo (2) adhibenda sunt, Emplastro gummoso, cujus grammata sex (6), et Emplastro Cantharidum colato, cujus grammata decem (10) reqviruntur.

Pilulæ. In pilulis parandis hæ regulæ observandæ sunt. Si præceptum medicum ejusmodi est, ut massa

pilularis ex substantiis præscriptis confici non possit, pharmacopolæ vel aqvam vel Syrupum Sacchari vel Spiritum vel Glycerinum vel Radicem Althææ pulveratam addere licet et pilulas ita formare, ut, etiamsi pondus earum paullo majus fiat, numerus tamen idem sit, qvem medicus aut diserte præscripsit aut præscribere voluisse videtur. Si pondus pilularum in formula medica non definitum est, statuere licet, eum voluisse, ut singulæ pilulæ decem centigrammata (0,10 gram.) substantiarum omnium nominatim præscriptarum continerent. Nisi medicus aliud præscripserit, pilulæ Lycopodio conspergendæ sunt. Pharmacopolam substantiam ejusqve copiam, qvam sua sponte addiderit, in formula medica significare oportet.

Signa medicamentorum dispensatorum in charta alba notanda sunt, si medicamenta usui interno inserviunt, in charta rubra vel cærulea vel aliter colorata, si externo usui inserviunt.

Medicamina composita, si ratio parandi in Pharmacopoea indicata est, secundum formulas præscriptas accurate in pharmacopoliis paranda sunt; sin formulæ signo V notatæ sunt, iis non teneri debet pharmacopola, sed licebit etiam alias parandi rationes seqvi.

Vasa ceteraqve receptacula, qvibus medicamina in pharmacopoliis servantur, nominibus officinalibus hujus editionis Pharmacopoeæ et, exceptis iis, qvæ in adjectis tabulis tali modo signavimus: †† vel: †, nigris litteris notanda sunt.

Abbreviata & signorum explicatio.

Ph. N. Ed. 1.	significat	Pharmacopoeam Norvegicam 1854.
Ph. Svec.	„	Pharmacopoeam Svecicam 1869 & 1871.
Ph. Dan.	„	Pharmacopoeam Danicam 1868 & 1869.
Ph. Germ.	„	Pharmacopoeam Germanicam 1872.
Ph. Austr.	„	Pharmacopoeam Austriacam 1869.
Ph. Brit.	„	British Pharmacopoeia 1867. Second reprint, with additions, 1874.
Ph. U. St.	„	Pharmacopoeia of the United States of America. Fifth decennial revision 1876.
Ph. Fr.	„	Pharmacopée Française 1866.
Cfr.	„	Confer.
Gram.	„	Gramma.
CC.	„	Centimetrum cubicum.
V.	„	Vide.

† indicat medicamina, qvæ rubris litteris signata in vasis vel in cistulis seriniisve stannatis servanda sunt.

†† indicat medicamina, qvæ rubris litteris et nota veneni signata in armariis obseratis servanda sunt.

MATERIA MEDICA.

Acetas kalicus.

$K.C_2H_3O_2$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali aceticum. Ph. Brit.: Potassæ acetas. Ph. U. St.: Potassii acetas. Ph. Fr.: Acétate de potasse.

Edikesurt Kali.

Pulvis candidus, sqvamosus, crystallinus, in aëre cito deliqvescens, in aqvæ partibus duabus (2), in spiritus concentrati partibus qvatuor (4) plane solubilis.

Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici præbeat præcipitatum (metalla). Solutio acido nitrico acidulata ne chloreto baryco (sulphates), nitrate argentico aut nullam aut exiguam certe turbationem exhibeat (chloreta).

In vitro bene clauso servetur.

---

†† Acetas morphicus.

$C_{17}H_{19}NO_3 . HC_2H_3O_2$.

Ph. N. Ed. I.: Acetas morphinicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Morphinum aceticum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Morphiæ acetas.

Edikesurt Morphin.

Pulvis albidus, sapore amaro, odore ex acido acetico, in aqva additis guttis nonnullis acidi acetici facile solu-

bilis, difficilius in spiritu; acido nitrico frigido affuso colore e rubro flavo tingitur.

Solutio addita solutione hydratis natrici præbeat sedimentum album, qvod in eadem solutione hydratis natrici abunde addita facile solvatur, (si præcipitatum non plane solvitur, adesse putandum est narcotinum); ne spargat inter hæc odorem ammoniaci (salia ammoniacalia). Ignitus nullo residuo relicto deflagret.

In vase bene clauso cautissime servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata tria* . . . 0,03 gram.

---

† Acetas plumbicus.

$Pb(C_2H_3O_2)_2 . 3H_2O$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Plumbum aceticum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Plumbi acetas. Ph. Fr.: Acétate de plomb.

Edikesurt Blyoxyd.

Crystalli coloris expertes in aqvæ frigidæ partibus duabus (2), fervidæ parte dimidia, spiritus concentrati partibus octo (8) solubiles. Aëri expositæ crystalli aqvam paullatim perdunt et acido carbonico recepto turbide in aqva solvuntur. Solutæ solutione ammoniaci abunde addita colorem cæruleum ne induant (Cu). Si plumbum e solutione aqvosa, solutione sulphidi hydrici abunde addita, eliminaveris, liqvor filtratus, si calefeceris, omnino aufugiat (Fe, Ca).

In vase bene clauso caute servetur.

Præparata:

Solutio subacetatis plumbici.

" " " diluta.

Ungventum acetatis plumbici.

" " " compositum.

Acetum aromaticum.

Ph. Svec.
Cfr. Ph. Germ. & Ph. Austr.: Acetum aromaticum. Cfr. Ph. Fr.: Vinaigre aromatique des hôpitaux.

Aromatisk Edike.

Rp. **Ætherolei Citri** 1
„ **Juniperi** 1
„ **Lavandulæ** 1
„ **Menthæ piperitæ** 1
„ **Rosmarini** 1
singulorum partem unam.
„ **Caryophylli** *partes tres* 3
Spiritus concentrati *partes centum* 100
Acidi acetici *partes trecentas* 300
Aqvæ *partes octingentas* . . . . 800.
Misce conqvassando.
Limpidum dispensetur.
Servetur in vase bene clauso.

Acetum Scillæ

loco Aceti Scillæ Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Austr.: Acetum Scillæ. Cfr. Ph. Germ. & Ph. Brit.: Acetum Scillæ. Ph. U. St.: Acetum Scillæ (10 % Bulb. Scillæ). Ph. Fr.: Vinaigre scillitique (circit. 8 % Bulb. Scillæ).

Strandløg-Edike.

Rp. **Bulbi Scillæ** siccati et concisi *partes decem* . . 10
Acidi acetici *partes viginti* 20
Aqvæ *partes octoginta* . . . . 80.
In vase clauso per triduum macerata colentur et exprimantur.

Sit limpidum. Servetur in vase vitreo bene clauso.

Præparatum:

Oxymel Scillæ . . . . 1 ad 3

Acidum aceticum

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 25.)

loco Ph. N. Ed. I.: Acid. acetic. conc. (65 %) & Acid. acetic. dilut. (10 %).

Ph. Svec. & Ph. Dan. (25 %).

Ph. Germ.: Acid. acet. dilut. (30 %). Ph. Austr.: Acid. acetic. dilut. (20,4 %). Ph. Brit.: Acidum aceticum (28 %). Ph. U. St.: Acid. aceticum (30 %). Cfr. Ph. Fr.: Acide acétique cristallisable.

Edikesyre.

Liqvor limpidus, coloris expers, volatilis, odore pungenti et acido, pondere specifico 1,040. Acidum cum aqva dilutum ne solutione sulphidi hydrici (metalla) neve nitrate argentico (acid. hydrochlorat.) neve chloreto baryco (acid. sulphuric.) neve chloreto baryco et solutione chlori (acid. sulphuros.) præbeat præcipitatum; carbonate natrico saturatum ne spargat odorem empyreumaticum (substantiæ empyreumaticæ).

Gramma unum (1) acidi 49 CC. solutionis carbonatis natrici exploratoriæ vel carbonatis natrici anhydri 0,26 gram. saturat.

In vase bene clauso servetur.

Præparata:

Acetum aromaticum.

„ Scillæ.

Mixtura camphorata acida.

---

†† Acidum arsenicosum.

As_2O_3.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Acidum arsenicosum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Acidum arseniosum. Ph. Fr.: Acide arsénieux.

Arsensyrling. Hvid Arsenik.

Massa aut pellucida, vitrea, amorpha aut alba, porcellanica, crystallina, in aqvæ partibus circiter sexaginta (60) solubilis; in carbone candenti posita prorsus avolat odorem alliaceum spargens. Solutionibus alkalium causticorum vel carbonicorum plane solvitur. Acido hydrochlorato abunde addito sedimentum flavum ne oriatur (As_2S_3).

Dosis maxima: *Milligrammata qvinqve* 0,005 gram.

Præparatum:

Liqvor arseniitis kalici . . . . 1 in 100.

Acidum benzoicum.

$H.C_7H_5O_2$.

Ph. N. Ed. I.: Acidum benzoicum sublimatum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Acidum benzoicum (sublimatum). Ph. Fr.: Acide benzoïque par sublimation.

Flores Benzoës.

Benzoësyre.

E **Resina Benzoë** sublimatione paretur.

Crystalli albidæ vel subflavescentes, semipellucidæ, serici instar nitentes, odore benzoino, in aqvæ frigidæ

partibus ducentis (200), fervidæ partibus viginti qvatuor (24), in spiritu facile solubiles. Ignitæ ad caloris gradum 120 liqvescunt et demum calore aucto prorsus avolant; carbonem ne secernant (ex acido hippurico, saccharo etc.); cum solutione non nimis diluta hypermanganatis kalici digestæ odorem æthcrolei amygdalarum amararum ne spargant (acidum cinnamomicum).

V. **Resina Benzoë** crassiuscule pulverata in sartaginem ferream planam margine circiter centimetra qvinqve alto instructam ita immittatur, ut stratum fere centimetrum crassum habeas. Supra aperturam sartaginis expandatur charta bibula laxioris texturæ, cujus margines ad externam sartaginis oram glutine amylaceo affigantur; supra sartaginem et chartam expansam conus vel cylindrus clausus e charta satis densa paratus vel tubus geniculatus construatur et funiculi ope ad parietes sartaginis fortiter alligetur. Apparatus ita constructus in laminam ferream imponatur, qvo facto ignis lenis sub lamina accendatur. Calefactione interrupta conus interdum elevetur et crystalli ibi et in charta bibula adhærentes removeantur, qvod usqve eo repetendum est, dum omnis acidi copia avolaverit.

Præparatum:

Tinctura Opii benzoica . . . . 1 : 200.

Acidum citricum.

$H_3 . C_6H_5O_7 . H_2O$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Acide citrique. Ceteræ: Acidum citricum.

Citronsyre.

Crystalli coloris expertes, in aqva et spiritu facile solubiles, ignitæ nullo residuo relicto conflagrantes. Solutio aqvosa ne solutione sulphidi hydrici (metalla)

neve oxalate ammonico (Ca) neve chloreto baryco (acid. sulphuric.) neve acetate kalico (T) neve chloreto calcico (Ox.) præbeat præcipitatum.

Præparatum:

Liqvor citratis kalici . . . . 4 ad 100.

Acidum gallotannicum. Tanninum.

$C_{14}H_{10}O_9$.

Ph. N. Ed. I.: Acidum tannicum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Acide tannique. Ceteræ: Acidum tannicum.

Tannin.

Pulvis e flavescenti albidus, saporis fortiter adstringentis, facile in aqva, difficilius in spiritu solubilis.

Cum aqva solutionem prorsus limpidam præbeat (substantiæ resinaceæ), ignitus nullo fere residuo relicto conflagret.

Acidum hydrochloratum.

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 25.)

Ph. N. Ed. I.: Acidum hydrochloricum concentratum (circiter 20 %).

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Acid. hydrochloricum (25 %). Ph. Austr.: Acid. hydrochloric. concentrat. purum (24,24 %). Ph. Brit.: Acid. hydrochloricum (31,8 %). Ph. U. St.: Acid. muriaticum (32,2 %). Ph. Fr.: Acide chlorhydrique dissous (circ. 34 %).

Chlorvandstofsyre. Saltsyre.

Liqvor limpidus, coloris expers, volatilis, odoris pungentis, pondere specifico 1,124.

Si acidum aqva diluitur, ne solutione sulphidi hydrici addita præbeat præcipitatum, etiamsi in vase clauso digestum per aliqvod tempus sepositum sit (metalla, As); si acidum solutione ammoniaci supersaturetur, solutione sulpho-hydratis ammoniei addita ne turbetur (Fe). Acidum aqva dilutum ne chloreto baryco (acid. sulphuric.) neve chloreto baryco et solutione chlori (acid. sulphuros.) turbetur, neve iodeto kalico et amylo cocto addito colorem cæruleum exhibeat (Cl).

Gramma unum (1) acidi solutionis carbonatis natrici exploratoriæ 68,5 CC. vel 0,36 gram. carbonatis natrici anhydri saturat.

Servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Adhibetur ad præparationem:

Ætheris chlorati spirituosi.

Acidi nitrici hydrochlorati . . . . 2 in 3.

Tincturæ Chinoidini . . . . 5 - 100.

Acidum hydrochloratum dilutum.

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 10.)

Ph. N. Ed. I.: Acidum hydrochloricum dilutum (10 %).

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Acidum hydrochloricum dilutum (12,5 %).

Ph. Austr.: Acid. hydrochloric. dilut. purum (12,4 %).

Ph. Brit.: Acidum hydrochloricum dilutum (10,58 %).

Ph. U. St.: Acidum muriaticum dilutum (circit. 8 %).

Fortyndet Chlorvandstofsyre.

Rp. **Acidi hydrochlorati** *partes duas* 2

Aqvæ destillatæ *partes tres* 3

vel tantam copiam, ut liqvores commixti sint pondere specifico 1,049.

Gramma unum (1 gram.) acidi solutionis carbo-

natis natrici exploratoriæ 27,4 CC. vel carbonatis natrici anhydri 0,145 gram. saturat.

Servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Dosis maxima: *Guttæ viginti* (20).

---

†† Acidum hydrocyanatum.

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 2.)

Ph. N. Ed. I.: Acidum hydrocyanicum (2 %).

Ph. Brit. & Ph. U. St.: Acidum hydrocyanicum dilutum (2 %). Ph. Fr.: Acide prussique médicinal (10 %).

Blaasyre.

Liqvor limpidus, coloris expers, volatilis, odoris peculiaris. Solutione hydratis kalici abundanti affusa et additis guttis nonnullis solutionis sulphatis ferrosi parvam sulphatis ferrici copiam continentis, liqvor acido hydrochlorato acidulatus præcipitatum cæruleum præbet.

Partibus mille (1000) acidi pars una (1) acidi sulphurici concentrati addenda est.

In vitris parvis atque bene clausis loco frigidulo cautissime servetur.

Dosis maxima: *Guttæ tres* (3).

V. Rp. **Cyaneti ferroso-kalici puri pulverati** *partes duodecim* 12;

in retortam tubulatam vel cucurbitam immissis addatur mixtio ante parata et refrigerata

Acidi sulphurici concentrati *partium sex* . 6

et **Aqvæ** *partium duodecim* . . . . 12.

Retorta, qvæ triplicem certe copiam mixtionis affusæ capere debet, accurate cum apparatu refrigeratorio vitreo jungatur, cujus orificium conjunctum est cum excipulo bene refrigerato, in quo insunt aqvæ destillatæ partes duodecim (12). In balneo arenæ calefiat, donec residuum

pæne siccum in retorta remanserit vel partes circiter triginta (30) in excipulo contineantur. Destillatum partibus septuaginta (70) vel tanta copia aqvæ destillatæ diluatur, ut partes centum (100) partes duas (2) acidi hydrocyanati anhydri contineant.

Hoc ita dignosci potest, si gramma unum (1) acidi cum triplice sui pondere aqvæ destillatæ commixtum, solutione nitratis argentici abundanti affusa, decimam grammatis partem (0,1 gram.) cyaneti argentici bene abluti et siccati præbeat, vel si acidi grammati uni (gram. 1) cum aqvæ destillatæ triplice sui copia et solutione hydratis kalici abundanti commixti 3,7 CC. solutionis nitratis argentici exploratoriæ instillari possint, priusqvam turbatio, conqvassatione iterum non solubilis, oriatur; si vero copiam solutionis nitratis argentici exploratoriæ ante dictam gutta una addita superaveris, præcipitatum stabile exhibeatur.

Præparatum:

Aqva amygdalarum amararum . . . . 50 in 720.

Acidum nitrico-nitrosum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Acidum nitricum fumans.

Rygende Salpetersyre.

Liqvor coloris aurantiaci in aëre fumos rubros exhalans, pondere specifico 1,49—1,50.

Aqva valde dilutum nitrate argentico (Cl) et chloreto baryco (acid. sulphuric.) paullulum modo turbetur.

Servetur in vasis epistomiis vitreis clausis loco obscuro et frigidulo.

Acidum nitricum

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 25.)

loco Ph. N. Ed. I.: Acid. nitric. conc. (60 %) & Acid. nitric. dilut. (10 %).

Ph. Svec. & Dan.

Ph. Germ.: Acid. nitricum (circ. 25 %). Ph. Austr.: Acid. nitricum concentrat. purum (48 %). Ph. Brit. & Ph. U. St.: Acid. nitricum (60 %). Ph. Fr.: Acide nitrique officinal (60 %).

Salpetersyre.

Liqvor limpidus, coloris expers, prorsus volatilis, ponderis specifici 1,180.

Acidum aqva dilutum ne nitrate argentico (Cl) neve chloreto baryco (acid. sulphuric.) turbetur; cum guttis nonnullis chloroformii conqvassatum colorem e violaceo rubrum ne induat (J) neve, si huic mixtioni solutionis sulphidi hydrici guttas nonnullas addideris (acid. iodicum). Gramma unum (1) acidi solutionis carbonatis natrici exploratoriæ 46,3 CC. vel carbonatis natrici anhydri 0,245 gram. saturat.

Servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Dosis maxima: *Guttæ qvindecim* (15).

Præparatum:

Acidum nitricum hydrochloratum . . . . . . 1 in 3.

Acidum nitricum hydrochloratum.

Cfr. Ph. Germ.: Acidum chloro-nitrosum. Ph. Brit.: Acidum nitro-hydrochloricum dilutum. Ph. U. St.: Acid. nitro-muriaticum & Acid. nitromuriaticum dilutum. Ph. Fr.: Eau régale.

Aqva regia.

Kongevand.

Rp. **Acidi nitrici** *partem unam* 1
,, **hydrochlorati** *partes duas* . . . . 2.

Misceantur.
Ex tempore paretur.
Dosis maxima: *Guttæ qvindecim* (15).

† Acidum phenylicum. A. carbolicum.

$C_6 H_6 O$.

Ph. Svec.: Acidum phenylicum. Ph. Dan.: Acid. phenylicum s. Acid. carbolicum.
Ph. Germ.: Acidum carbolicum crystallisatum. Ph. Austr.: Acidum carbolicum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Acid. carbolicum. Ph. Fr.: Acide phénique, Phénol, Acide carbolique.

Phenylsyre. Carbolsyre.

Massa crystallina vel, si aqvæ pauxillum continet, liqvor gravis et qvasi oleosus, coloris expers vel rubescens, temperatura + 35°—42° in liqvorem limpidum et olei similem liqvescens, calore circiter 180° ebulliens, odore pyrolei lithanthracis, in aqvæ partibus circiter viginti quinque (25), facile in spiritu concentrato, glycerino, æthere et oleo pingvi solubilis.

Servetur caute in vase epistomio vitreo clauso.
Dosis maxima: *Guttæ tres* (3).

Acidum phosphoricum dilutum.

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 10.)

Ph. N. Ed. I.: Acidum phosphoricum (10 %).
Ph. Svec. & Dan. (10 %).
Ph. Germ.: Acid. phosphoricum (20 %). Ph. Austr.: Acid. phosphoricum (16,6 %). Ph. Brit.: Acid. phosphoricum dilutum (10 %). Ph. U. St.: Acidum phosphoricum dilutum (7,5 %). Ph. Fr.: Acide phosphorique officinal (circiter 45 %).

Fortyndet Phosphorsyre.

Liqvor limpidus, coloris expers, ponderis specifici 1,08. Solutione sulphidi hydrici addita, ne subito neve

interjecto tempore, si mixtio in vase clauso seposita fuerit, oriatur præcipitatum (acid. arsenicos. — acid. arsenic.). Acidum solutione ammoniaci supersaturatum aut nullum aut pauxillum modo præcipitati albi vel cani præbeat (Fe. Ca. Mg.). Solutione chloreti hydrargyrici, nitrate argentico, chloreto baryco ne turbetur (acid. phosphoros., acid. hydrochlorat., acid. sulphuric.). Si acidum cum æqvali copia acidi sulphurici concentrati commiscetur et solutio sulphatis ferrosi caute superinfunditur, zona fusca inter ambos liqvores ne oriatur (acid. nitric.).

Gramma unum (1) acidi carbonatis natrici anhydri 0,15 gram. saturat.

Dosis maxima: *Guttæ viginti* (20).

Acidum salicylicum.

$C_7 H_6 O_3$.

Salicylsyre.

Crystalli coloris expertes, prismaticæ, in aqvæ fervidæ partibus viginti (20), frigidæ partibus circiter duabus millibus (2000), in spiritu et æthere facile solubiles.

Solutio parva copia solutionis chloreti ferrici addita colore violaceo tingitur. Solutio spirituosa ne solutione sulphidi hydrici præbeat præcipitatum (metalla). Acidum cum acido sulphurico concentrato superfusum solutionem limpidam, coloris expertem aut paullum subflavam præbeat.

Ignitæ ad caloris gradum 156 liquescunt et demum calore aucto prorsus conflagrant.

Acidum succinicum subflavum.

Ph. N. Ed. I.: Acidum succinicum crystallisatum.

Ph. Svec.: Acidum succinicum depuratum. Ph. Dan.: Acidum succinicum.

Ph. Germ.: Acidum succinicum. Ph. Fr.: Acide succinique impur, Sel volatile de Succin.

Ravsyre.

Crystalli vel crustæ cohærentes, pallide flavescentes, odore pyrolei succini, ignitæ primum liqvescunt, tum prorsus avolant. In aqvæ frigidæ partibus viginti qvatuor (24), ebullientis partibus duabus et dimidia ($2^1/_2$), in spiritu facile solvuntur.

Solutio acidi aqvosa solutione hydratis calcici ne turbetur ($\overline{Ox}$.,$\overline{T}$.), cum solutione hydratis natrici calefacta odorem ammoniaci ne spargat (salia ammoniacalia).

Præparata:

Liqvor antispasticus	5 in 100.
„ succinatis ammonici pyroleosi. . . .	10 - 100.

Acidum sulphuricum concentratum.

$H_2.SO_4$.

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 80.)

Ph. N. Ed. I.: (81,63 %).

Ph. Svec.: (80 %). Ph. Dan.: Acidum sulphuricum (80 %). Ph. Germ.: Acidum sulfuricum (80 %). Ph. Austr.: Acid. sulphuric. concentrat. purum (circ. 80 %). Ph. Brit. & Ph. U. St.: Acid. sulphuricum (circ. 80 %). Ph. Fr.: Acide sulfurique purifié (circ. 80 %).

Concentreret Svovelsyre.

Liqvor limpidus, qvasi oleosus, coloris expers, ponderis specifici 1,84.

In lamina platinea ignitus ne residuum relinqvat; cum triplice sui aqvæ copia dilutus præcipitatum album ($Pb.SO_4$) ne præbeat. Si acidum in apparatu Marshii tractaveris, maculæ arsenici ne oriantur; si acido æqvalem copiam solutionis sulphatis ferrosi caute affuderis, zona fusca inter ambos liqvores ne oriatur (acid. nitric.). Acidum aqva satis dilutum nitrate argentico addito ne præbeat præcipitatum (acid. hydrochlorat.).

Gramma unum (1 gram.) solutionis carbonatis na-

trici exploratoriæ 200 CC. vel carbonatis natrici anhydri 1,06 gram. saturat.

Servetur in vase vitreo epistomio vitreo clauso.

Præparata:

Acidum hydrocyanatum	1 in 1000.
Liqvor acidus Halleri	50 - 100.
Tinctura aromatica acida	5 - 100.

Acidum sulphuricum dilutum.

(Partes 100 continent acidi anhydri partes 10.)

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Dan. (10 %).

Ph. Germ.: (circ. 13 %). Ph. Austr.: Acid. sulphuric. dilut. purum (circ. 13 %). Ph. Brit.: (circ. 10 %). Ph. U. St.: Acid. sulphuricum dilutum (10 %). Ph. Fr.: Acide sulfurique dilué (8 %).

Fortyndet Svovelsyre.

Liqvor limpidus, coloris expers, pondere specifico 1,081—1,085. Ad reagentia uti acidum sulphuricum concentratum sese habeat.

Gramma unum (1 gram.) acidi solutionis carbonatis natrici exploratoriæ 25 CC. vel carbonatis natrici anhydri 0,132 gram. saturat.

Servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Dosis maxima: *Guttæ viginti* (20).

V. Rp. **Aqvæ destillatæ** *partes septem* . . . . 7.

Caute affundatur inter agitationem baculi vitrei ope

Acidi sulphurici concentrati *pars una* . . . 1.

Præparata:

Decoctum Chinæ acidum	1 in 100.
Mixtura acida	2 - 100.

Acidum tartaricum.

$H_2 . C_4 H_4 O_6$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Acide tartrique. Ceteræ: Acidum tartaricum.

Vinsyre.

Crystalli coloris expertes, aëri expositæ immutabiles, in aqvæ frigidæ parte una et dimidia ($1^1/_2$), facile in spiritu solubiles. Ignitæ nullo residuo relicto conflagrant.

Solutio acidi aqvosa ne solutione sulphidi hydrici (metalla, Pb. Cu.) neve oxalate ammonico (Ca) neve chloreto baryco (acid. sulphuric.) turbetur.

Præparata:

Pulvis effervescens.	Dosis una continet	. 1,50	gram.
„ „ compositus.	„	. . 1,50	„

Æther.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Dan.

Ph. Fr.: Éther sulfurique. Ceteræ: Æther.

Liqvor limpidus, coloris expers, volatilis, facile inflammabilis, in aqvæ partibus decem (10), in qvavis proportione spiritus concentrati solubilis. Pondus specificum 0,725 ne excedat.

Sit ad chartam exploratoriam indifferens et prorsus volatilis, ita ut pannus linteus æthere imbutus exhalatione sua sponte peracta odorem non spargat.

Servetur in lagenis non plane repletis et bene clausis loco frigidulo.

Præparata:

Æther spirituosus . . . . 25 in 100.

Collodium cantharidatum.

Extractum Filicis.

Æther aceticus.

Ph. N. Ed. I.: Acetas æthylicus.
Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ., Ph. Austr. & Ph. Brit.: Æther aceticus. Ph. Fr.: Éther acétique.

Edike-Æther.

Liqvor limpidus, coloris expers, prorsus volatilis, pondere specifico 0,900—0,904, in aqvæ partibus decem (10), in qvavis proportione spiritus solubilis. Aëri expositus acidam reactionem mox præbet.

Sit ad chartam exploratoriam, qvantum fieri potest, indifferens.

Servetur in lagenis bene clausis loco frigidulo.

Æther chloratus spirituosus.

Ph. N. Ed. I.: Spiritus muriatico-æthereus.
Ph. Dan.
Ph. Germ.: Spiritus Ætheris chlorati.

Spiritus salis dulcis.

Rp. **Superoxydi manganici** in frustis parvis vel grosse pulveratis *partes triginta duas* . . . . 32.
Immittatur in cucurbitam satis amplam; tum affundatur mixtio parata ex
Acidi hydrochlorati *partibus octo* 8
et **Spiritus concentrati** *partibus viginti qvatuor.* 24.

Cucurbita in balneo arenæ collocata et cum apparatu refrigeratorio, cui excipulum adaptatum sit, conjuncta, stet per horas duas vel tres; tunc destillatio leni calore fiat, donec partes viginti qvinqve (25) transierint. Destillatum, si acidam præbet reactionem, cum bicarbonate natrico abundanti conquassetur, deinde in balneo aqvæ calefactum rectificetur. Sit limpidus, coloris expers, plane volatilis, reactionis neutralis, ponderis specifici 0,838—0,842.

Servetur in vitris parvis bene clausis loco obscuro et frigidulo.

Æther spirituosus.

Ph. N. Ed. I.: Æther alcoholicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Spiritus æthereus. Ph. Fr.: Éther sulfurique alcoolisé (Éther & Alcool (90%), partes æquales). Ceteræ: Spiritus Ætheris.

Liqvor anodynus Hoffmanni.

Hoffmanns Draaber.

Rp. **Ætheris** *partes viginti qvinqve* . . . . 25.
Spiritus concentrati *partes septuaginta qvinqve*. 75.
Misceantur.

Sit pondere specifico 0,806—0,810. Cum aqva mixtus liqvorem limpidum præbet. Servetur in lagena probe clausa loco frigido.

Præparata:
Æther spirituosus camphoratus.
Liqvor antispasticus.
Solutio chloreti ferrici spirituoso-ætherea.
Tinctura Castorei ætherea.
" Valerianæ ætherea.

Æther spirituosus-camphoratus.

Ph. N. Ed. I.: Æther alcoholicus camphoratus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Teinture étherée de camphre (Camphre 10. Éther alcoolisé 90).

Liqvor nervinus.

Campher-Draaber.

Rp. **Camphoræ** *partem unam* 1;
solve in
Ætheris spirituosi *partibus sex* . . . . 6.
Servetur in lagena probe obturata loco frigido.

Ætherolea.

Ætheriske Olier.

Sint prorsus volatilia et iis proprietatibus prædita, qvæ in singulis indicabuntur, earumqve substantiarum, e qvibus parata sunt, odorem excitatissimum spargant. Ne sint spiritu, oleis vel ætheroleis vilioribus adulterata.

Si cum aqva conqvassantur, volumina pro copia spiritus additi minuuntur.

Admixtio oleorum agnoscitur ex macula diaphana post exhalationem in charta bibula relicta et, nisi oleum Ricini admixtum est, ex majore spiritus copia, qvæ ad solutionem efficiendam reqviritur.

Viliora ætherolea intermixta ex odore, qvi inter exhalationem oritur, sæpe agnoscuntur. Ætheroleo Terebinthinæ addito ætheroleum plerumqve difficilius in spiritu solvitur.

Servanda sunt a luce remota in lagenis parvis probe obturatis et, qvantum fieri potest, semper repletis.

Ætheroleum Absinthii.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.

Ph. Germ.: Oleum absinthii. Ph. Fr.: Huile volatile d'absinthe.

Malurtolie.

Ex **Herba Absinthii** destillatione paratum. Tenue, e fusco viride, in omni proportione spiritus concentrati limpide solubile.

Ætheroleum Amygdalarum amararum.

(Ab acido hydrocyanato liberum.)

Ph. U. St.: Oleum amygdalæ amaræ. Ph. Fr.: Huile volatile d'amandes amères (impur).

Bittermandelolie (blaasyrefri).

Liqvor limpidus, coloris expers vel pallide subflavus, odoris peculiaris, ad chartam exploratoriam indifferens, in aqvæ partibus triginta (30), in spiritus omni proportione solubilis.

Solutio spirituosa cum hydrate kalico et solutione sulphatis ferrico-ferrosi conqvassata et acido hydrochlorato supersaturata præcipitatum cæruleum ne præbeat (acid. hydrocyanat.). Solutio spirituosa, in qva gas hydrogenii zinci et acidi hydrochlorati ope evolvitur, ne, solutione calcis chloratæ addita, colorem cæruleum neve rubicundum induat (nitrobenzinum).

Servetur in vitris bene clausis semperqve repletis.

Præparatum:

Aqva Amygdalarum amararum.

Ætheroleum Anisi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Huile volatile d'anis. Ceteræ: Oleum anisi.

Anisolie.

E **Fructibus Anisi** destillando paratum. Coloris expers vel subflavum, saporis mitis, dulciusculi, frigore admisso concrescens, in spiritus partibus qvatuor vel qvinqve (4—5) solubile.

Liqvidum semper dispensetur.

Præparata:
Liqvor pectoralis.
Spiritus ammoniacatus anisatus.
Tinctura Opii benzoica.

Ætheroleum Bergamiæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: Ætheroleum bergamo.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum bergamottæ. Ph. U. St.: Oleum bergamii. Ph. Fr.: Huile volatile de bergamote.

Bergamotolie.

Citrus Bergamia *Risso.* **Aurantiaceæ.** Arbor Indiæ orientalis indigena, in Europa meridionali freqventer culta.

E cortice fructuum recentium in Italia expressione paratur.

Pallide flavum vel e subviridi flavum, odoris svavis, saporis amari, in omni proportione spiritus concentrati solubile.

Ætheroleum Cajeput.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Melaleucarum crudum.
Ph Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Oleum Cajeputi. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Oleum cajuputi. Ph. Fr.: Huile volatile de Cajeput.

Cajeputolie.

Melaleuca Cajeputi *Roxb.* et aliæ **Melaleucæ** species. **Myrtaceæ.** Arbores in Moluccis indigenæ.

E foliis recentibus destillatione paratum. Tenue, viride aut e subflavo viride, odoris penetrantis Rosmarini

similis vel camphoracei, in omni proportione spiritus concentrati solubile.

Ne adhibeatur ætheroleum, qvod solutione cyaneti ferroso-kalici addita colorem rubrum induat (Cu).

Ætheroleum Carvi.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Cari.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. U. St.: Oleum cari. Ph. Fr.: Huile volatile de carvi.
Ceteræ: Oleum Carvi.

Karveolie.

E **Fructibus Carvi** destillatione paratum. Coloris expers vel subflavum, tenue, sapore urenti, in spiritu concentrato facile solubile.

Præparatum:
Oleum carminativum.

Ætheroleum Caryophylli.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum Caryophyllorum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Oleum caryophylli. Ph. Fr.: Huile volatile de girofle.

Nellikolie.

E **Floribus Caryophylli** destillatione paratum. Coloris expers aut subflavum, tempore interjecto subrubicundum, spissiusculum, sapore urenti, aqva gravius, in omni proportione spiritus concentrati solubile.

Præparata:
Acetum aromaticum.
Massa pilularum Colocynthidum compositarum.
Tinctura balsamica aromatica.

Ætheroleum Cassiæ.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Corticis Cinnamomi.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Oleum Cinnamomi Cassiæ.

Kanelolie.

Cinnamomum Cassia *Fr. Nees* **(C. aromaticum** *Chr. Nees).* **Laurineæ.** Arbor Chinæ et Cochinchinæ.

E cortice destillando paratum.

Coloris aurei vel subflavi, tempore interjecto obscurius crystallosqve acidi cinnamomici demittens, saporis initio subdulcis deinde acris, aqva gravius, in omni proportione spiritus concentrati solubile.

Præparata:

Aqva Cinnamomi spirituosa.

Tinctura balsamica aromatica.

Ætheroleum Citri.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Ætheroleum Cedro.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum Citri.

Citronolie.

Citrus Limonum *Risso.* **(C. medica** *L.* var. **Limonum.) Aurantiaceæ.** Arbor in Asia orientali indigena, in Europa meridionali culta.

E cortice fructuum recentium destillando vel exprimendo paratum.

Recens subturbidum, deinde limpidius, subflavum, tenue; in spiritus partibus decem ad viginti (10—20) solubile.

Præparatum:

Acetum aromaticum.

Pulvis refrigerans.

Ætheroleum Cumini.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Fr.: Huile volatile de cumin.

Romersk Karveolie.

Cuminum Cyminum *L.* **Umbelliferæ.** Planta annua orientalis, in Europa culta.

E fructibus destillando paratum. Subflavum, tempore interjecto in colorem obscuriorem vergens, saporis urentis, in spiritu concentrato solubile.

Præparatum:
Oleum carminativum.

Ætheroleum Foeniculi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Huile volatile de fenouil. Ceteræ: Oleum Foeniculi.

Fennikelolie.

E **Fructibus Foeniculi** destillatione paratum.

Coloris expers aut subflavum, tenue, frigore rigescens, saporis subdulcis, in partibus duabus spiritus concentrati solubile.

Præparata:
Liqvor pectoralis.
Oleum carminativum.
Pulvis Magnesiæ cum Rheo.
Tinctura Digitalis rubra.

Ætheroleum Juniperi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ., Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Oleum Juniperi. Ph. Fr.: Huile volatile de genévrier.

Enebærolie.

E **Fructibus Juniperi** submaturis et ramulis junioribus destillando paratum.

Tenue, coloris expers aut subflavum, in partibus decem (10) spiritus concentrati solubile.

Oleum e ligno adhibere non licet.

Præparata:

Acetum aromaticum.
Spiritus antiparalyticus.
Ungventum aromaticum.

Ætheroleum Lavandulæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Huile volatile de lavande. Ceteræ: Oleum Lavandulæ.

Lavendelolie.

E **Floribus Lavandulæ** destillando obtentum.

Tenue, subflavum aut e subviridi subflavum, in omni proportione spiritus concentrati solubile.

Præparata:

Acetum aromaticum.
Spiritus Lavandulæ.
Tinctura balsamica aromatica.
„ Lavandulæ composita.
Ungventum aromaticum.

Ætheroleum Macidis.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum Macidis. Ph. U. St.: Oleum Myristicæ.

Muskatblommeolie.

Myristica fragrans *Houttuyn.* **(M. moschata** *Thunberg).* **Myristiceæ.** Arbor insularum Moluccensium.

Ex arillis seminum destillatione paratum.

Tenue, coloris expers aut subflavum, paullatim e flavo subrubrum, in spiritus concentrati partibus sex (6) solubile.

Præparatum:
Tinctura balsamica aromatica.

Ætheroleum Menthæ crispæ.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Menthæ.

Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum Menthæ crispæ. Ph. Fr.: Huile volatile de menthe crépue.

Krusemynteolie.

Mentha crispa *L.* **Labiatæ.** Planta perennis Europæ australis.

Ex herba destillando obtentum.

Subflavum vel e subviridi flavidum, tempore interjecto obscurius et spissescens, sapore aromatico, in lingva frigoris sensum relinqvens, in omni proportione spiritus concentrati limpide solubile.

Præparata:
Oleum carminativum.
Ungventum aromaticum.

Ætheroleum Menthæ piperitæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Huile volatile de menthe poivrée. Ceteræ: Oleum Menthæ piperitæ.

Pebermynteolie.

Ex **Herba Menthæ piperitæ** destillatione obtentum.

Tenue, tempore interjecto spissescens, coloris expers aut subflavum, interdum viridescens, in lingva frigoris sensum relinqvens; cum æqvali pondere spiritus concentrati mixtum limpide solvitur, majore copia spiritus addita plerumqve limpidum manet, interdum tamen turbatur.

Adhibeatur, qvod in mercatu optimum prostat, Gallicum vel Anglicum vel Germanicum.

Præparatum:
Acetum aromaticum.

Ætheroleum Origani Cretici.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Origani.
Ph. Dan.

Spansk Humleolie.

Origanum Creticum *L.* **Labiatæ.** Suffrutex Europæ meridionalis, inprimis insularum Archipelagi, indigenus.

Ex herba destillando paratum.

Tenue, flavum, tempore interjecto e rubro fuscum.

Præparatum:
Spiritus saponis camphoratus.

Ætheroleum Petroselini.

Petersilleolie.

Petroselinum sativum *Hoffm.* **(Apium Petroselinum** *L.).* **Umbelliferæ.** Herba radice bienni in regione mediterranea orientali indigena, apud nos in hortis culta.

E fructibus destillando paratum.

Subflavum vel e subfusco flavum, spissiusculum, sapore initio miti, demum os paullum urenti, in omni proportione spiritus solubile.

Ætheroleum Rosæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Germ. & Ph. U. St.: Oleum Rosæ. Ph. Austr.: Oleum Rosarum. Ph. Fr.: Huile volatile de rose.

Rosenolie.

E **Petalis Rosæ** destillando paratum.

Coloris expers aut pallide subflavum, spissum, in temperatura consveta crystallinum, in spiritus concentrati nonaginta (90) partibus in temperatura + 17° solubile.

Admixtio Cetacei ita dignosci potest, si paucis guttis in balneo vaporis calefactis residuum relinqvitur.

Præparatum:

Mixtura Ferri composita.

Ætheroleum Rosmarini.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Rorismarini.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Huile volatile de romarin. Ceteræ: Oleum Rosmarini.

Rosmarinolie.

Rosmarinus officinalis *L.* **Labiatæ.** Frutex Europæ meridionalis.

Ex herba florenti destillatione paratum.

Tenue, coloris expers aut e subviridi flavum, in partibus duabus (2) spiritus concentrati solubile.

Præparata:
Acetum aromaticum.
Linimentum Opodeldoc.
Spiritus Rosmarini.
„ saponis camphoratus.
Tinctura Lavandulæ composita.
Ungventum aromaticum.

---

† Ætheroleum Sabinæ.

Ph. Svec.
Ceteræ: Oleum Sabinæ.

Sabinaolie.

E **Ramulis Sabinæ** destillando paratum.

Tenue, coloris expers aut pallide subflavum, in partibus duabus (2) spiritus concentrati solubile.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Gutta una* (1).

---

† Ætheroleum Sinapis.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Brassicæ.
Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Austr.: Oleum Sinapis æthereum. Ceteræ: Oleum Sinapis.

Sennepsolie.

E **Seminibus Sinapis nigræ** destillando paratum.

Tenue, coloris expers aut subflavum, odoris penetrantissimi, aqva gravius, in omni proportione spiritus concentrati solubile; cuti inspersum ruborem et pustulas excitat.

Caute servetur.

Ætheroleum Terebinthinæ crudum.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Pinorum crudum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Essence de térébenthine. Ceteræ: Oleum Terebinthinæ.

Raa Terpentinolie.

E Balsamo Terebinthina communi destillando paratum.

Tenue, coloris expers aut subflavum, ealore avolans residuo sæpe relieto. Ne sit odore empyreumatico.

Hoc ætherolenm in lagenis majoribus servare lieet.

Præparata:

Ungventum aromaticum.
„ terebinthinatum.

Ætheroleum Terebinthinæ rectificatum.

Ph. N. Ed. I.: Ætheroleum Pinorum rectificatum.

Ph. Svec.: Ætherol. Terebinthinæ depuratum. Ph. Dan.: Ætherol. Terebinthinæ.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum Terebinthinæ rectificatum.

Renset Terpentinolie.

Rp. **Ætherolei Terebinthinæ crudi** *partem unam* . . 1
Aqvæ *partes sex* . . . . 6.

Fiat destillatio, qvamdiu destillatum eoloris expers sit. Ætheroleum destillatum ab aqva, qvæ simul transierit, separetur.

Sit limpidum, eoloris expers, calefactum sine residuo avolans, ad ehartam exploratoriam indifferens, in spiritus eoneentrati partibus eirciter duodeeim (12) solubile.

Ætheroleum Thymi.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. U. St.: Oleum Thymi. Ph. Fr.: Huile volatile de thym.

Timianolie.

Thymus vulgaris *L.* **Labiatæ.** Suffrutex Europæ meridionalis, apud nos in hortis cultus.

Ex herba florenti destillando paratum.

Tenue, coloris expers, subflavum vel e subfusco flavum, tempore interjecto e subfusco rubrum, sapore urenti, cum æqvo pondere spiritus concentrati solutionem limpidam præbens.

Præparatum:
Linimentum Opodeldoc.

Agaricus chirurgorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Fungus igniarius præparatus. Ph. Austr.: Agaricus chirurgorum.
Ph. Fr.: Agaric de chêne.

Knusk.

Polyporus fomentarius *Fries.* **Fungi, Hymenomycetes.** Fungus præparatus.

Sit omnino mollissimus, accensus tranqville et æqvabiliter sine ullo crepitu ardeat.

---

† Aloë.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Brit.: Aloë soccotrina (& Aloë barbadensis).
Ph. Fr.: Aloës du Cap. Ceteræ: Aloë.

Aloë Capensis.

Aloe.

Aloës variæ species. **Liliaceæ.** Plantæ Africæ australis.

Massæ non pellucidæ, e subviridi obscure fuscæ, in marginibus colore clariore diaphanæ, fractura conchata vitri instar nitenti, odoris afflatæ massæ subnauseosi, proprii, saporis valde amari, pulverem coloris e viridi flavi præbentes. In aqva frigida ex parte resinam mollem relinqvens solvitur, in aqva fervida turbidam, in spiritu concentrato pæne limpidam præbet solutionem.

Caute servetur.

Præparata:

Extractum Aloës.
Massa pilularum Colocynthidum compositarum . 24 : 100.

Amylum Arrow.

Ph. N. Ed. I.: Amylum Marantarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Amylum Marantæ. Ph. Austr.: Arrow-root.
Ph. U. St.: Maranta. Ph. Fr.: Arrow-root.

Arrow-Mel.

Maranta arundinacea *L.* et forsan aliæ **Marantæ** species. **Marantaceæ.** Planta Indiæ occidentalis indigena, in orientali India culta.

Amylum e rhizomate tuberoso separatum. Cave ne amylo Solani tuberosi adulteratum sit, neve adhibeatur amylum aliarum plantarum sub eodem nomine in mercatura occurrens.

Amylum Tritici.

Ph. N. Ed. I.: Amylum Triticorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Amylum Tritici. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Amylum. Ph. Fr.: Amidon de blé.

Hvedestivelse.

Triticum vulgare *Villars.* **Gramineæ.** Planta in zonis temperatis culta.

Amylum e fructibus separatum.

Præparatum:

Ungventum Glycerini.

---

† Aqva Amygdalarum amararum

loco Aqvæ amygdalarum amararum destillatæ Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Aqva amygdalarum amararum concentrata. (Paratur destillando. Partes 1000 continent acidi hydrocyanati anhydri 1,3—1,4).

Ph. Germ. (destillata. Contin. acidi hydrocyanati anhydri 1,0 in 1000 partibus). *Ph. Austr.: Aqva amygdalarum amararum concentrata* (destillata. 0,6 in 1000). *Ph. U. St.: Aqva amygdalæ amaræ.*

Bittermandelvand.

Rp. **Acidi hydrocyanati** (2 %) *partes qvinqvaginta* 50
Ætherolei Amygdalarum amararum
partes qvatuor 4
Spiritus diluti *partes centum qvadraginta sex* 146
Aqvæ destillatæ *partes qvingentas viginti* . . 520.
Misceantur.

Sit limpida colorisqve expers.

Partes centum (100) continent partes 0,139 acidi hydrocyanati anhydri. Hoc ita dignosci potest, si grammatibus decem (10 gram.) aqvæ amygdalarum amararum

cum solutione hydratis kalici abundanti mixtis 2,57 CC. solutionis nitratis argentici exploratoriæ adstillari possunt, priusqvam præcipitatum stabile, conqvassando non solubile, oriatur; si vero copiam solutionis nitratis argentici supra dictam gutta una superaveris, præcipitatum conqvassando non solubile efficitur.

In lagenis bene clausis et a luce remotis caute servetur.

Dosis maxima: *Guttæ qvinqvaginta* (50).

Aqva Cinnamomi spirituosa.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Aqva Cinnamomi spirituosa (destillata).
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Aqva Cinnamomi spirituosa (destillata).

Rp.	**Ætherolei Cassiæ** *partes duas*	2
	Spiritus diluti	500
	Aqvæ	500
	singulorum partes qvingentas.	
	Misceantur.	

Præparata:
Infusum Rhei alkalinum.
Mixtura alba.
Tinctura extracti pomorum ferrati.

Aqva destillata.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Austr.: Aqva destillata simplex. Ceteræ: Aqva destillata.

Destilleret Vand.

Sit limpida, odoris, saporis, coloris expers, plane volatilis. Solutione chloreti hydrargyrici corrosivi vel solutione hydratis calcici ne turbetur (carbon. ammon.).

V. Rp. **Aqvæ** *partes mille et qvingentas* 1500
in qvibus soluta est
Sulphatis aluminico-kalici *pars una* . . . . . 1.
Fiat destillatio. Partes qvinqvaginta primo destillatæ rejiciantur, partes mille dein transgressæ serventur.

Aqva pyrolei Pini. Aqva picea.

Ph. N. Ed. I.: Aqva picea.

Ph. Svec.: Infusum Pyrolei Pini.
Ph. Germ.: Aqva Picis. Ph. U. St.: Infusum picis liquidæ (1—4). Ph. Fr.: Eau de goudron.

Tjærevand.

Rp. **Pyrolei Pini** *partes decem* 10
Aqvæ fervidæ *partes centum* . . . . 100.
Mixtæ in lagena clausa conqvassentur, donec refrixerint; dein filtrentur.
Recens parata dispensetur.

Aqvæ destillatæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Destillerede Vande.

Substantiæ præscriptæ grosse contusæ vel concisæ cum sufficienti aqvæ copia, aqvæ destillatæ parandæ qvantitatem circiter parte dimidia superante, misceantur.

Ad partes centum aqvæ destillatæ cujuslibet obtinendas reqviruntur:

Seminum vel **Fructuum** siccatorum *partes qvinqve* 5
Foliorum vel **Herbarum** vel **Corticum** siccatorum *partes decem* 10.

Observa: Ad partes centum aqvæ Rosæ parandas reqviruntur:

Petalorum Rosæ recentium *partes viginti* . . 20
Chloreti natrici *partes triginta* . . . . . . 30.

Nota: Ante dispensationem ætheroleum innatans separandum est.

Aqvæ extemporaneæ.

Ph. N. Ed. I.

Rp. **Ætherolei** *partem unam* 1
Aqvæ *partes mille* . . . . 1000.

Conqvassentur, donec solutæ sint.

Limpidæ dispensentur.

Dispensentur, nisi aqvæ destillatæ expresse præscriptæ sunt.

Axungia.

Ph. N. Ed. I.: Axungia suis.
Ph. Svec.: Axungia curata. Ph. Dan.: Axungia Porci lota. Ph. Germ.: Adeps suillus. Ph. Austr.: Axungia Porci. Ph. Brit.: Adeps præparatus. Ph. U. St.: Adeps. Ph. Fr.: Axonge ou Graisse de porc.

Fedt.

Sus Scropha domesticus *L.* **Mammalia, Pachydermata.** Adeps abdominalis recens ablatis membranis, minutim concisus, aqva elotus, leni calore liqvatus, aqva adhærenti liberatus, per linteum colatus.

Sit saporis rancidi vel empyreumatici expers, calore adhibito plane liqvescens.

Præparata:

Axungia benzoata.
Ungventum aromaticum.
„ Hydrargyri.
„ hydratocarbonatis plumbici.
Ungventum oxydi zincici.
„ stibiatum.
„ Sulphuris compositum.

Axungia benzoata.

Ph. Svec.
Ph. Brit.: Adeps benzoatus. Ph. Fr.: Axonge benzoïnée.

Rp. **Resinæ Benzoës** contusæ *partes duas* 2
Axungiæ *partes centum* . . . . 100.

Per horas duas liqvatæ et interdum agitatæ colentur et inter agitationem refrigerentur.

Præparatum:
Ungventum iodeti kalici.

Balsamum Copaiva.

Ph. N. Ed. I.: Balsamum Copaiferarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Balsamum Copaivæ. Ph. Brit.: Copaiva. Ph. U. St.: Copaiba. Ph. Fr.: Copahu.

Copaivabalsam.

Copaifera multijuga *Hayne* et aliæ **Copaiferæ** species. **Cæsalpinieæ.** Arbores Brasiliæ.

Balsamum e truncis vulneratis effluens, limpidum, subflavum, odoris peculiaris, spissitudinis olei pingvis, in spiritu et æthere solubile. Vetustum, obscurius, spissum

vel qvod calefactum odorem terebinthinum emittit, rejiciendum est.

Servetur in vase bene clauso.

Balsamum Peruvianum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Baume du Pérou noir. Ceteræ: Balsamum Peruvianum.

Perubalsam.

Myroxylon Pereiræ *Klotzsch* et **Myroxyli** forsan aliæ species. **Papilionaceæ.** Arbores Americæ centralis indigenæ.

Balsamum ex arbore sauciata caloris ope elicitum.

Fluidum e nigro fuscum, consistentiæ syrupi, in stratis tenuioribus colore ex purpureo fusco diaphanum, aëri expositum non siccescens, reactionis acidæ, odoris grate vanillacei, saporis subamari, os diu urentis, in spiritus concentrati partibus sex fere plane solubile, cum aqva destillatum oleum æthereum non præbens.

Præparatum:

Tinctura balsamica aromatica.

Balsamum Styrax liqvidus.

Ph. Svec.

Ph. Germ.: Styrax liqvidus. Ph. Brit.: Styrax præparatus. Ph. U. St.: Styrax. Ph. Fr.: Styrax liquide.

Styrax liqvidus.

Styraxbalsam.

Liqvidambar orientale *Miller.* **Balsamifluæ.** Arbor Asiæ minoris indigena.

Balsamum expressione corticis paratum.

Massa consistentiæ spissioris balsami Terebinthinæ, opaca, coloris plus minusve grisei, interdum cum aliquanto aqvæ permixta, odoris peculiaris, grati, in spiritu concentrato fere plane solubilis.

Præparatum:
Massa pilularum de Cynoglosso.

Balsamum Terebinthina communis.

Ph. N. Ed. I.: Balsamum Pinorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Térébenthine commune. Ceteræ: Terebinthina.

Terpentin.

Pini variæ species. **Coniferæ.** Arbores Europæ et Americæ borealis.

Balsamum e truncis vulneratis effluens.

Massa e subflavo alba, turbida, lenta, mellis consistentiæ, subgranulosa; per aliqvod tempus seposita crustam limpidiorem et diaphanam in superficie exhibet.

Præparata:
Emplastrum Cantharidum colatum.
,, ,, cum Euphorbio.
,, ,, ordinarium.
,, gummi-resinosum.
Ungventum basilicum flavum.
,, ,, nigrum.
,, terebinthinatum.

Balsamum Terebinthina Veneta.

Ph. N. Ed. I.: Balsamum Laricis.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Balsamum Terebinthina laricina seu Veneta.

Ph. Germ.: Terebinthina laricina. Ph. Fr.: Térébenthine du Mélèze.

Venetiansk Terpentin.

Larix decidua *Miller.* **Coniferæ.** Arbor Europæ australis.

Balsamum e trunco vulnerato effluens. Plerumqve limpidum, interdum subturbidum, æqvabile, coloris subflavi aut e subviridi flavi.

Præparata:

Emplastrum adhæsivum.
„ Meliloti.

Balsamum Tolutanum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Baume de Tolu. Ceteræ: Balsamum Tolutanum.

Tolubalsam.

Myroxylon toluiferum *Humboldt, Bonpland, Kunth* et aliæ forsan **Myroxyli** species. **Papilionaceæ.** Arbores Novæ Granadæ.

Balsamum e cortice vulnerato effluens.

Massa resinosa, interdum mollis Terebinthinæqve similis, sæpius solida et fragilis, sed calore mollescens et lentescens, e rubro vel flavo fusca, diaphana, odore subvanillaceo, in spiritu concentrato facile solubilis.

Adhibetur ad præparationem pilularum iodeti ferrosi.

Biboras natricus. Borax.


$Na_2B_4O_7 . 10H_2O$.

Ph. N. Ed. I.: Biboras natricus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Biboras natricus.
Ph. Germ.: Borax (s. Natrum biboricum). Ph. Austr.: Natrium boracicum. Ph. Brit.: Borax. Ph. U. St.: Sodii Boras. Ph. Fr.: Borate de soude, Borax.

Borax.

Crystalli coloris expertes, pellucidæ vel superficialiter subfatiscentes; ignitæ aqvam perdunt et demum in massam pellucidam et vitri similem liqvescunt. In aqvæ frigidæ circiter partibus qvindecim (15), fervidæ partibus duabus (2) solvuntur, solutiones reactionis alkalinæ præbentes. Solutio salis acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici vel carbonatis ammonici præbeat præcipitatum (metalla, terræ alkalinæ). Acidis ne effervescat (carbonates), neve nitrate argentico neve chloreto baryco præcipitatum acido nitrico non solubile præbeat (chloreta, sulphates).

Præparata:
Linctus boracinus . . . . 10 : 100.
Tartarus boraxatus.

Bicarbonas kalicus.


$KHCO_3$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Kali bicarbonicum. Ph. Brit.: Potassæ bicarbonas. Ph. U. St.: Potassii Bicarbonas. Ph. Fr.: Bicarbonate de potasse.

Surt kulsurt Kali.

Crystalli coloris expertes, pellucidæ, aëri expositæ non mutabiles, in aqvæ frigidæ partibus qvatuor (4) so-

lubiles, solutiones reactionis alkalinæ exhibentes. Et sal siccum et solutio salis, si calefeceris, partem acidi carbonici amittunt. Solutio aqvosa solutione chloreti hydrargyrici corrosivi addita leviter modo turbetur, ne præbeat præcipitatum flavum vel rubicundum (carbonates). Solutio acido nitrico acidulata chloreto baryco ne præcipitatum exhibeat (sulphates), nitrate argentico leviter modo turbetur (chloreta).

Adhibetur ad præparationem liqvoris citratis kalici.



Bicarbonas natricus.

$NaHCO_3$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Natrum bicarbonicum. Ph. Austr.: Natrium hydrocarbonicum. Ph. Brit.: Sodæ bicarbonas. Ph. U. St.: Sodii Bicarbonas. Ph. Fr.: Bicarbonate de soude.

Surt kulsurt Natron.

Pulvis vel crustæ crystallinæ, albissimæ, in aëre persistentes, in aqvæ frigidæ partibus tredecim (13) reactione alkalina debili solubiles; pulvis et siccus et in aqva solutus, si calefeceris, partem acidi carbonici amittit.

Solutio aqvosa solutione chloreti hydrargyrici addita leviter modo turbetur, ne præbeat præcipitatum flavum vel rubicundum (carbonates), neve acido nitrico acidulata solutione sulphidi hydrici præcipitatum exhibeat (metalla), nitrate argentico vel chloreto baryco levissimam modo turbationem præbeat (chloreta, sulphates).

Præparata:

Infusum Rhei alkalinum	3 ad 200.	
Pulvis effervescens. Doses singulæ continent .	2,00	gram.
„ „ compositus. Doses singulæ continent	2,00	—
Trochisci bicarbonatis natrici. Trochisci singuli continent	0,05	—

Bitartras kalicus. Cremor Tartari.



$KHC_4H_4O_6$.

Ph. N. Ed. I.: Tartras hydrico-kalicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Bitartras kalicus.

Ph. Germ.: Tartarus depuratus s. Kali bitartaricum purum. Ph. Austr.: Kalium hydro-tartaricum. Ph. Brit.: Potassæ Tartras acida. Ph. U. St.: Potassii Bitartras. Ph. Fr.: Tartrate acide de potasse. Crême de tartre.

S u r t v i n s u r t K a l i. R e n s e t V i n s t e n.

Crystalli albæ vel pulvis albus crystallinus, saporis aciduli, in aqvæ frigidæ partibus circiter centum et septuaginta (170) solubilis.

Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici præbeat præcipitatum (metalla, Fe, Cu). Pulvis cum solutione concentrata carbonatis natrici coctus solutionem plane limpidam præbeat (Ca).

Solutio acido nitrico acidulata ne nitrate argentico neve chloreto baryco turbetur (chloreta, sulphates).

Præparata:

Pulvis refrigerans	6 : 8
Species laxantes St. Germain	10 : 100.
Tartarus boraxatus.	

Brometum kalicum.

KBr.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Kalium bromatum. Ph. Brit.: Potassæ bromidum. Ph. U. St.: Potassii Bromidum. Ph. Fr.: Bromure de potassium.

Bromkalium.

Crystalli coloris expertes, cubicæ, in aëre immutabiles, in aqvæ parte una et dimidia ($1\frac{1}{2}$), in spiritus partibus circiter ducentis (200) solubiles.

Solutio concentrata aqvosa acido hydrochlorato addito ne effervescat (carbonates), neve chloreto baryco turbetur (sulphates). Solutio aqvosa ne amylum coctum colore cæruleo tingat, guttis nonnullis solutionis chlori caute additis (iodeta). Si crystallorum subtiliter tritarum pars una (1) cum parte una et dimidia ($1\frac{1}{2}$) bichromatis kalici subtiliter triti et acidi sulphurici concentrati partibus qvatuor (4) accurate commiscetur et destillatio e retorta parva dein instituitur, destillatum ita obtentum, solutione ammoniaci abundanti admixta, aut decoloretur aut colorem pallide flavum induat (chloreta).

† Bulbus Scillæ.

Ph. N. Ed. I.: Bulbi Scillæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Scilla.
Ph. Fr.: Scille.

Strandløg.

Urginea Scilla *Steinheil* (**Scilla maritima** *L.*). **Liliaceæ.** Herba bulbosa regionis mediterraneæ.

Sqvamæ bulbi intermediæ, diaphanæ, albidæ, corneæ, sapore mucilagineo, nauseoso, amaro.

Bene siccatæ in vase bene clauso caute serventur.

Dosis maxima: *Centigrammata viginti qvinqve* (0,25 gram.).

Præparata:

Acetum Scillæ	1 : 10
Oxymel Scillæ	1 : 30.

Calx chlorata.

Ph. N. Ed. I.: Calcaria chlorata.

Ph. Svec. (Chlori efficacis minimum 10 %). *Ph. Dan.: (20 %). Ph. Germ.: Calcaria chlorata (25 %). Ph. Austr.: Calcium hypochlorosum. Ph. Brit.: Calx chlorata (30 %). Ph. U. St.: Calx chlorinata (25 %). Ph. Fr.: Chlorure de chaux sec. Hypochlorite de chaux impur.*

Chlorkalk.

Pulvis albus vel e cano albidus, pæne siccus, grumosus, chlorum redolens, in aqva ex parte turbide solubilis; aëri expositus cito humescit et pastæ consistentiam assumens chloro aufugiente decomponitur.

Partes centum (100) contineant chlori efficacis minimum partes viginti (20). Hoc ita dignosci potest, si calcis chloratæ pulveratæ partes centum (100) in vitrum epistomio vitreo clausum impositas conqvassando cum sulphatis ferrosi partibus centum qvinqvaginta sex (156) in aqva acido hydrochlorato acidulata solutis liqvorem efficias, qvi acidam reactionem præbens guttas nonnullas solutionis hypermanganatis kalici additas non decoloret.

Servetur in vasis bene clausis et a lucis accessu remotis.

Præparatum;

Solutio Calcis chloratæ . . . . 2 : 100.

Camphora.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Camphre du Japon. Ceteræ: Camphora.

Campher.

Camphora officinarum *Nees.* (**Laurus Camphora** *L.*). **Laurineæ.** Arbor Japoniæ et Chinæ.

Destillatione cum aqva ligni et foliorum in Japonia et China obtinetur, in Europa sublimatione repurgatur.

Massa diaphana colorisqve expers, aqva levior, lamellata, nitida, tenax, odoris penetrantis et peculiaris, aëri exposita temperatura ordinaria sensim, calefacta citius sine residuo avolans, in aqva minima ex parte, in spiritu, æthere, chloroformio, acido acetico, oleis pingvibus et æthereis facile solubilis.

In vase bene clauso servetur.

Præparata:

Æther spirituosus camphoratus . . . . 1 : 7

Linimentum ammoniacato-camphoratum . . 4 : 100

,, Opodeldoc . . . . 2 : 100

Mixtura camphorata	1	:	100
„ „ acida	1	:	100
Oleum camphoratum	20	:	100
Spiritus antiparalyticus	6	:	100
„ camphoratus	10	:	100
„ saponis camphoratus	3	:	100
Tinctura Opii benzoica	3	:	1000
Ungventum acetatis plumbici compositum	8	:	100.

---

† Cantharides.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Cantharides. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Cantharis. Ph. Fr.: Cantharide.

Spanske Fluer.

Lytta vesicatoria *Fabr.* **Insecta, Coleoptera.** Europæ mediæ et australis indigena.

Insecta, qvantum fieri potest, integra, vermiculis non corrosa. Ad gradum coloris 30—40 plane exsiccata in vase bene clauso serventur.

Præparata:

Collodium cantharidatum	4	:	5
Emplastrum Cantharidum colatum	1	:	3
„ „ cum Euphorbio	2	:	15
„ „ ordinarium	6	:	22
Ungventum Cantharidum	1	:	5
Tinctura Cantharidum	1	:	30.

Caragheen.

Ph. N. Ed. I.: Sphærococcus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Carrageen. Ph. Austr.: Caragaheen. Ph. U. St.: Chondrus. Ph. Fr.: Carragaheen.

Caragheen.

Sphærococcus crispus et **S. mamillosus** *Agardh.* **Algæ, Florideæ.** Algæ polymorphæ ad litora Angliæ et Hiberniæ freqventes, ad Norvegiæ occidentalis litora passim inventæ.

Thallus planus vel canaliculatus, dichotomus, margine undulatus et serrulatus, siccatus cartilagineus, colore subflavo, cum aqva coctus gelatinam refrigeratione rigescentem præbens.

Præparatum:
Gelatina Caragheen . . . . = 6 : 100.

Carbo ligni præparatus.

Ph. N. Ed. I.: Carbo ligni.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Carbo pulveratus. Ph. Austr.: Carbo ligni depuratus. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Carbo ligni. Ph. Fr.: Charbon végétal.

Præpareret Trækul.

Juniores **Tiliæ** vel **Populi** vel **Alni** ramuli in crucibulo leviter clauso vel alio idoneo vase comburantur, donec omnes volatiles partes extricatæ sint. Carbones exinde orti in subtilissimum pulverem redigantur et aqvæ sufficienti qvantitate excoqvantur; tum pulvis filtro collectus et aqva ablutus fortiore calore exsiccetur.

Pulvis ita paratus sit subtilissimus, levissimus, niger, saporis atqve odoris expers; in aëre candefactus flammam ne concipiat neve aqvam, qvacum coqvitur, colore tingat.

Carbonas calcicus cretaceus.

Ph. N. Ed. I.: Carbonas calcicus.

Ph. Svec.

Cfr. Ph. Germ.: Calcaria carbonica præcipitata. Ph. Austr.: Calcium carbonicum nativum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Creta. Ph. Fr.: Carbonate de chaux (craie).

Creta alba.

Kridt.

Frusta vel pulvis albus, amorphus, tingens, non in aqva, in acido hydrochlorato fere plane sub effervescentia acidi carbonici solubilis.

Præparatum:

Ungventum Sulphuris compositum.

Carbonas kalicus depuratus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali carbonicum depuratum. Ph. Brit.: Potassæ carbonas. Ph. U. St.: Potassii Carbonas.

Renset Potaske.

Sit pulvis albus, siccus, in aëre deliqvescens, cum aqvæ copia æqvali solutionem pæne limpidam præbens.

Solutio acido nitrico acidulata ne solutione sulphidi hydrici turbetur (metalla).
Servetur in vase bene clauso.

Carbonas kalicus purus.

K_2CO_3.

Ph. N. Ed. I.: Carbonas kalicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Carbonas kalicus.
Ph. Germ.: Kali carbonicum purum. Ph. Austr.: Kalium carbonicum depuratum. Ph. U. St.: Potassii Carbonas pura. Ph. Fr.: Carbonate de Potasse, Sel de Tartre.

Kulsurt Kali.

Pulvis albissimus, siccus, in aëre deliqvescens, cum aqvæ æqvali copia solutionem prorsus limpidam præbens.
Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici præbeat præcipitatum (metalla). Solutio acido nitrico acidulata ne chloreto baryco (sulphates), neve aut leviter modo nitrate argentico turbetur (chloreta).
Servetur in vase bene clauso.

V. **Bicarbonatis kalici** qvantum vis in patina ferrea polita candefiat, donec aqvæ et acidi carbonici evolutio desierit.

Præparata:

Liqvor arseniitis kalici	1 : 100
Mixtura Ferri composita	2 : 300
Solutio carbonatis kalici	20 : 100.

Carbonas natricus.

$Na_2CO_3 . 10H_2O$.

Ph. N. Ed. I.: Carbonas natricus crystallisatus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Natrum carbonicum purum. Ph. Austr.: Natrium carbonicum crystallisatum. Ph. Brit.: Sodæ carbonas. Ph. U. St.: Sodii Carbonas. Ph. Fr.: Carbonate de soude cristallisé.

Kulsurt Natron. Soda.

Crystalli pellucidæ, coloris expertes, in aqvæ partibus duabus (2) solubiles. Aëri expositæ fatiscunt, avolante maxima ex parte aqva crystallina (parte fere dimidia ponderis salis). Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici præbeat præcipitatum (metalla). Solutio acido nitrico acidulata, addito nitrate argentico vel chloreto baryco, ne præcipitatum, vix turbationem levem exhibeat (chloreta & sulphates).

Servetur in vase bene clauso.

Castoreum Canadense.

Ph. N. Ed. I.: Castoreum a) Canadense.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Castoreum Canadense. Ceteræ: Castoreum.

Kanadisk Bævergjæl.

Castor Americanus *Cuvier.* **Mammalia, Glires.** Animal Americam borealem habitans.

Folliculi inter anum et genitalia utriusqve sexus positi, membranis exterioribus arcte adnatis et difficulter

separabilibus instrueti, massa subresinosa duriore in fractura nitenti vel massa interdum molliore repleti.

Ne sint follieuli parvi, victi aut nimis fibrosi. Cave ne confundantur eum folliculis factitiis e resina membranis modo involuta eonfectis.

Servetur eaute siccatum, ne mucorem contrahat.

Præparata:

Massa pilularum de Cynoglosso	1 : 15
Tinctura Castorei	20 : 100
,, ,, ætherea	20 : 100.

Cera.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Cire blanche & Cire jaune. Ceteræ: Cera alba & C. flava.

Vox.

Apis mellifica *L.* **Insecta, Hymenoptera.**

Cera flava e favis apum liqvata.

Cera alba e eera flava aprieatione parata.

Cave, ne sit pingvedinibus vel materiis similibus adulterata. Cera flava dispensetur, nisi alba expresse præscripta est.

Præparata:

Ceratum rubrum.
Charta antirheumatica.
Emplastrum adhæsivum.
,, Cantharidum colatum.
,, Cantharidum ordinarium.
,, gummi-resinosum.
,, Meliloti.
Spongia cerata.
Ungventum acetatis plumbici.
Ungventum acetatis plumbici compositum.
,, aromaticum.
,, basilicum flavum.
,, ,, nigrum.
,, Cantharidum.
,, Ceræ.
,, Cetacei.
,, oxydi hydrargyrici.
,, terebinthinatum.

Ceratum rubrum

loco Cerati labialis Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Ceratum ad labia (cum ætheroleo Lavandulæ paratum).
Ph. Germ.: Ceratum cetacei rubrum (cum oleo Bergamottæ & oleo Citri paratum). *Ph. Fr.: Cérat à la rose.*

Læbe-Pomade.

Rp. **Ceræ flavæ** *partes viginti* 20
Cetacei *partes triginta* 30
Olei Amygdalarum *partes qvinqvaginta* . . . . . 50.
Colliqvefactis addantur
Radicis Alkannæ concisæ *partes decem* 10
Ætherolei Bergamæ *pars una* . . . . 1.
Per aliquod tempus calefacta colentur.

Cetaceum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Blanc de baleine ou Cétine. Ceteræ: Cetaceum.

Hvalrav. Spermacet.

Physeter macrocephalus *L.* **Mammalia, Cetacea.**
Sit albissimum, grosse lamelloso-crystallinum, nitens. Flavescens vel rancidum rejiciatur.

Præparata:
Ceratum rubrum.
Ungventum cetacei.

Charta antirheumatica

loco Massæ chartæ antirheumaticæ Ph. N. Ed. I.

Gigtpapir.

Rp. **Resinæ Colophonii** 40
Picis Pini 40
singulorum partes qvadraginta.
Pyrolei Pini 10
Ceræ flavæ 10
singulorum partes decem.

Massa liqvando commixta coletur et chartæ tenuiter illinatur.

Chinoidinum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Chinoidina.
Ph. Germ.: Chinoidinum.

Chinoidin.

Massa fusca, resinæ similis, saporis amari, in aqva fere insolubilis, in spiritu, æthere, acidis dilutis facile solubilis.

Aqva, qvacum conqvassatur, colore ne tingatur, evaporata pauxillum modo residui relinqvat. Ignita massa prorsus conflagret.

Præparatum:
Tinctura Chinoidini . . . . 10 : 100.

Chloras kalicus.

$K.ClO_3$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali chloricum. Ph. Austr.: Kalium chloricum. Ph. Brit.: Potassæ chloras. Ph. U. St.: Potassii Chloras. Ph. Fr.: Chlorate de potasse.

Chlorsurt Kali.

Crystalli pellucidæ, coloris expertes, lamellares, in aëre immutabiles, in aqvæ frigidæ partibus septendecim (17), fervidæ partibus tribus (3) solubiles. Si solutio cum acido hydrochlorato coqvitur, gas chlori avolat. Eadem solutio, gase chlori leni calefactione fugato, ne solutione sulphidi hydrici præcipitatum præbeat, etiamsi cum ea per aliqvod tempus seposita fuerit (metalla: As.). Solutio aqvosa ne oxalate ammonico præcipitatum exhibeat (Ca), nitrate argentico leviter modo turbetur (chloreta). Candefactæ crystalli residuum ad chartam exploratoriam aut indifferens aut reactionis leviter modo alkalinæ relinqvant (KNO_3).

---

†† Chloreto-amidetum hydrargyricum.

NH_2HgCl.

Ph. N. Ed. I.: Amideto-chloretum hydrargyricum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Chloretum amido-hydrargyricum.

Ph. Germ.: Hydrargyrum præcipitatum album. Ph. Austr.: Hydrargyrum bichloratum ammoniatum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Hydrargyrum ammoniatum.

Mercurius præcipitatus albus.

Hvidt Kviksølv-Præcipitat.

Sit pulvis albissimus, in aqva frigida insolubilis. Si cum aqva per aliqvod temporis spatium coqvitur, ex parte

decomponitur; ignitus deletur et sine liqvatione avolat. Cum solutione hydratis natrici calefactus colorem flavum sensim assumit, odorem ammoniaci spargens. Sit in acido hydrochlorato diluto prorsus solubilis.

In vitro bene clauso et a luce remoto cautissime servetur.

V. Rp. **Chloreti hydrargyrici corrosivi** *partes duas* 2
Aqvæ destillatæ *partes qvadraginta* . . . 40.
Solvantur. Solutio limpida et ad temperaturam ordinariam refrigerata inter agitandum infundatur in
Solutionis Ammoniaci *partes tres* . . . . 3.
Præcipitatum inde effectum filtro colligatur, aqvæ destillatæ partibus viginti (20) abluatur et inter plagulas chartæ bibulæ qvam citissime in loco obscuro siccetur.

Chloretum ammonicum.

NH_4Cl.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Ammonium chloratum. Ph. Brit.: Ammonii chloridum. Ph. U. St.: Ammonii Chloridum purificatum. Ph. Fr.: Chlorhydrate d'ammoniaque. Sel ammoniac.

Salmiak.

Frusta vel pulvis, coloris atqve odoris expers, in aqvæ frigidæ partibus tribus (3), fervidæ æqvo pondere solubilis, ignitus plane avolans.

Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammoniei turbetur (metalla: Cu, Pb, Sn, Fe).

Chloretum chinicum.

$(C_{20}H_{24}N_2O_2HCl)_2 . 3H_2O$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Chininum hydrochloricum. Ph. Austr.: Chininum hydro-chloricum.

Chlorvandstofsurt Chinin.

Crystalli parvæ, subtiles, sericeo-nitentes, in aqvæ partibus viginti qvatuor (24), in spiritus partibus tribus (3) solubiles; ignitæ nullo residuo relicto conflagrant.

Solutio aqvosa acido sulphurico diluto præcipitatum ne exhibeat (Ba), chloreto baryco addito aut ne aut leviter modo turbetur (acid. sulphuric.).

Servetur in vase bene clauso.

V. Rp. **Chloreti baryci** *partes septem* 7
Aqvæ fervidæ *partes ducentas* . . . . . 200.
In cucurbita solutis addantur
Sulphatis chinici *partes viginti qvinqve* . . 25.

Mixtio inter qvassationem sæpius repetitam per horam dimidiam calore circiter 100^0 calefiat, tum filtretur, et remanentia eluantur. Filtratum in balneo aqvæ ad crystallisationem evaporetur, tum, liqvore per aliqvod tempus seposito, crystalli exortæ separentur et, nullo calore adhibito, inter plagulas chartæ bibulæ siccentur. Lixivia remanens denuo evaporetur, qvæ operatio repetatur, qvamdiu crystalli e liqvore seposito exoriuntur.

Chloretum ferricum.

$Fe_2Cl_6 . 6H_2O$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Ferrum sesqvichloratum. Ph. Austr.: Ferrum sesqvichloratum solutum. Ph. U. St.: Ferri Chloridum.

Chlorjern.

Massæ crystallinæ, ex aurantiaco flavæ, in aëre deliqvescentes, in aqva et spiritu solubiles. Solutio aqvosa

guttis nonnullis acidi sulphurici additis portiunculam solutionis hypermanganatis kalici affusam ne decoloret (Fe O). Si solutio aqvosa solutione ammoniaci supersaturatur, liqvor a præcipitato inde effecto filtratus colorem cærulcum ne exhibeat (Cu) neve solutione sulpho-hydratis ammonici præbeat præcipitatum (metalla: Zn). Solutio aqvosa chloreto baryco ne turbetur (acid. sulphuric.). Æqvali copia acidi sulphurici concentrati addita et solutione sulphatis ferrosi caute superinfusa, zona fusca inter ambos liqvores ne oriatur (acid. nitric.).

Servetur in vase bene clauso.

V. **Acidi hydrochlorati** copiæ cuilibet in cucurbita capaciore tamdiu addatur

Ferrum in filis, qvamdiu hoc solvitur.

Solutio inde effecta cum Ferro abunde addito per aliqvod tempus digeratur, tum filtretur, qvo facto liqvor limpidus in patina porcellanea capaciore calore aqvæ bullientis calefiat. Deinde mixtio ex

Acidi hydrochlorati *partibus tribus* 3
Acidi nitrici *parte una* 1

parata tamdiu inter agitationem affundatur, donec portiuncula liqvoris exempta et aqva satis diluta solutionem hypermanganatis kalici non jam decoloret. Tum liqvor in balneo vaporis evaporetur, donec pondus ejus fere qvinqve partibus (5) majus sit qvam copia Ferri adhibiti, dein in patina bene tecta in loco frigido seponatur, ut in massam crystallinam concrescat.

Præparata:

Solutio chloreti ferrici	50 : 100
,, ,, ,, spirituosa	10 : 100
,, ,, ,, spirituoso-ætherea	10 : 100.

---

†† Chloretum hydrargyricum corrosivum.

$HgCl_2$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Hydrargyrum bichloratum corrosivum. Ph. Brit.: Hydrargyri perchloridum. Ph. U. St.: Hydrargyri Chloridum corrosivum. Ph. Fr.: Deutochlorure de Mercure sublimé.

Kviksølv-Sublimat.

Massæ albæ, ponderosæ, diaphanæ, crystallinæ, in aqvæ frigidæ partibus sedecim (16), fervidæ partibus tribus (3), spiritus partibus tribus (3), ætheris partibus qvatuor (4) solubiles. Ignitæ liqvescunt et plane avolant. Solutio aqvosa solutione iodeti kalici addita præcipitatum rubrum exhibeat et in eadem solutione iodeti kalici et in solutione chloreti hydrargyrici abundanti solubile.

Cautissime servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata tria* . . 0,03 gram.

---

† Chloretum hydrargyrosum mite. Calomel.

Hg_2Cl_2.

Ph. N. Ed. I.: Chloretum hydrargyrosum mite sublimatum.

Cfr. Ph. Svec.: Chloretum hydrargyrosum præcipitatum.

Ph. Dan.: Chloretum hydrargyrosum sublimatum.

Ph. Germ.: Hydrargyrum chloratum mite (sublimatione paratum) & Hydrarg. chlorat. mite vapore paratum. Ph. Austr.: Hydrargyrum chloratum mite. Ph. Brit.: Hydrargyri subchloridum. Ph. U. St.: Hydrargyri Chloridum mite. Ph. Fr.: Protochlorure de Mercure par sublimation.

Calomel.

Sublimatione paratum.

Sit pulvis ponderosus, e flavescenti albus, in aqva,

spiritu, æthere insolubilis, ignitus sine liqvatione plane volatilis. Sublimatione pluries repetita, vel si cum aqva aut acido hydrochlorato concentrato aut chloretis qvibusdam coctus, vel si luci per aliqvod temporis spatium expositus fuit, in chloretum hydrargyricum corrosivum et hydrargyrum ex parte decomponitur.

Si pulvis cum aqva conqvassatus erit, liqvor inde filtratus solutione sulphidi hydrici ne turbetur ($HgCl_2$).

A luce remotum caute servetur.

---

†† Chloretum morphicum.



$C_{17}H_{19}NO_3HCl.\ 3H_2O.$

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Morphinum hydrochloricum. Ph. Austr.: Morphinum hydrochloricum. Ph. Brit.: Morphiæ hydrochloras. Ph. U. St.: Morphiæ Murias. Ph. Fr.: Chlorhydrate de Morphine.

Chlorvandstofsurt Morphin.

Crystalli albæ, nitentes, sæpius fasciculatim cohærentes, saporis amari, in aqvæ partibus viginti (20) et in spiritus partibus sexaginta (60) solubiles. Acido nitrico frigido affusæ colore e luteo rubro tinguntur, ignitæ nullo residuo relicto conflagrant. Solutiones, affusa solutione hydratis natrici, præcipitatum album in copia abundanti ejusdem hydratis natrici solutionis plane solubile præbeant (præcipitatum, qvod non plane solvitur, præsentiam narcotini indicat); ne illa ratione tractatæ odorem ammoniacalem spargant (salia ammoniacalia).

Cautissime servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata tria* . . 0,03 gram.

---

† Chloretum zincicum.

$ZnCl_2$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Zincum chloratum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Zinci chloridum. Ph. Fr.: Chlorure de zinc.

Chlorzink.

Pulvis albus, aëri expositus deliqvescens, ignitus in liqvorem qvasi oleaceum liqvescens, in aqva et spiritu concentrato turbide, additis autem guttis nonnullis acidi hydrochlorati limpide solubilis. Solutio acidulata solutione sulphidi hydrici ne turbetur (metalla: Pb, Cu, Cd). Solutione ammoniaci addita præcipitatum album, in liqvore præcipitanti abunde affuso solubile, oriatur.

Servetur caute in vitro bene clauso.

V. **Zincum** vel **Oxydum zincicum venale** in **Acidi hydrochlorati** *sufficienti copia* solvatur.

Solutio inde effecta cum zinco abundanti per aliqvod tempus digeratur et per vitrum grosse contusum vel per asbestum filtretur. Liqvor filtratus dein leni calore adhibito in patina porcellanea evaporetur, donec portiuncula exempta refrigerando obrigescat. Massa liqvefacta et paullum refrigerata in frustula comminuatur et in vas prorsus siccum imponatur.

---

† Chloroformium.

$CHCl_3$.

Ph. N. Ed. I.: Trichloretum formylicum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Chloriformium purum (Pond. specif. 1,490—1,494).

Ph. Germ.: Chloroformium (1,492—1,496). *Ph. Austr.: Chloroformium* (1,49—1.50). *Ph. Brit.: Chloroformium* (1,49). *Ph. U. St.: Chloroformum purificatum* (1,480). *Chloroformum venale* (1,45—1,49). *Ph. Fr.: Chloroforme* (1,48).

Chloroform.

Sit liqvor limpidus, volatilis, odoris peculiaris, saporis

dulcis et urentis, in aqva minima ex parte, in spiritu, æthere, oleis pingvibus facile solubilis. Ebulliat caloris gradu 60—63. Pondus specificum = 1,485—1,493. Aqva, qvacum conqvassatur, chartam exploratoriam ne permutet neve nitrate argentico turbetur (acid. hydrochlorat.). Chloroformium instillatum in solutione iodeti kalici ne rubescat (Cl). Cum æqvali pondere acidi sulphurici concentrati conqvassatus et per aliqvod tempus sepositus hoc ne tingat.

Servetur caute in vitro bene obturato.

Nota: Ad usum externum Chloroformium, qvod dicitur Germanicum, pondere specifico circiter 1,50 dispensetur.

Præparatum:

Tinctura odontalgica . . . . 23 : 100.

Citras ferrico-ammonicus.

Cfr. Ph. Germ.: Ferrum citricum ammoniatum. Cfr. Ph. Brit.: Ferri et ammoniæ citras. Cfr. Ph. U. St.: Ferri et Ammonii Citras. Cfr. Ph. Fr.: Citrate de fer ammoniacale.

Citronsurt Jernoxyd-Ammoniak.

Rp. **Acidi citrici** *partes tres* 3,
solve in
Aqvæ destillatæ *partibus viginti* . . . . . . 20.

Deinde sensim addatur hydratis ferrici recens præcipitati et adhuc humidi ea qvantitas, ut post digestionem longiorem et inter agitationem sæpe repetitam paullum non solutum supersit. Tum liquorem filtra filtrum paullo aqvæ eluendo. Liquori filtrato addatur

Acidi citrici *pars una* 1

(in aqva destillata soluta et cum solutione ammoniaci saturata).

Tum liqvor in patinam porcellaneam immissus ad syrupi spissitudinem evaporetur et super vasa plana porcellanea vel vitrea extensus exsiccetur.

Sit sal siccum, amorphum, in aëre humescens, plerumqve lamellas tenues, diaphanas referens, coloris e viridi flavi, saporis acidulati, pungentis, salini, postea mitis, ferruginei, in aqva frigida colore subflavido facile et plane solubile, qvæ solutio cum solutione ammoniaci mixta colore e rubro fusco fiat, sed præcipitatum ne demittat.

Præparatum:

Vinum Chinæ ferratum.

Collodium.

Ph. N. Ed. I.

Pharmacopoearum: Collodium.

Collodium.

Sit limpidum, consistentiæ syrupi, ad chartam exploratoriam indifferens. Cuti impositum membranam cohærentem et splendentem relinqvat.

Servetur in vitro bene clauso loco frigido.

V. Rp. **Nitratis kalici** *partes viginti* 20

Acidi sulphurici crudi *partes triginta* . . . 30.

In vase vitreo capaciore misceantur. Mixtioni ad temperaturam 30° refrigeratæ addatur

Gossypii depurati *pars una* 1,

qvod ita immergatur, ut mixtione totum imbuatur; qvo facto per horas 12—24 seponatur. Dein massa solida eximatur, aqva destillata eluatur, donec chartam exploratoriam non amplius permutet, tum exprimatur et calore lenissimo siccetur.

Gossypium fulminans hac ratione paratum cum tanta copia mixtionis ex

Ætheris *partibus sex* 6

Spiritus concentrati *parte una* 1

paratæ conqvassetur, qvanta ad solutionem syrupi consistentiæ parandam reqviratur.

Solutio dein seponatur, ut partes non solutæ subsidant, tum limpide defundatur.

Præparatum:

Collodium elasticum.

Collodium cantharidatum.

Ph. Dan.

Ph. Germ.: Collodium cantharidatum.

Ph. U. St.: Collodium cum Cantharide.

Rp. **Cantharidum** nuper grosse pulveratarum *partes octoginta* 80.

In apparatu apto cum

Ætheris *partibus centum viginti octo* 128

extrahantur, ut extracti pæne limpidi *partes octoginta octo* 88

comparentur, cui extracto inter qvassationem admisceantur

Spiritus concentrati *partes octo* 8

Gossypii fulminantis *partes qvatuor* 4,

qvod illa ratione parari potest, qvæ in Collodio commemorando exposita est.

Sit consistentiæ syrupi, colore e subfusco viridi. Servetur in vitro bene clauso loco frigido.

Collodium elasticum.

Ph. Svec. (Collod. 200, Glycerin. 1). *Ph. Dan.* (Collod. 99, Ol. Ricini 1).

Ph. Germ. (Collod. 50, Ol. Ricini 1). *Ph. Brit.: Collodium flexile. Cfr. Ph. U. St.: Collodium flexile* (Collod. 50, Terebinth. Canadense 2, Ol. Ricini 1). *Ph. Fr.: Collodion* (Collod. 100, Ol. Ricini 7).

Rp. **Glycerini** *partem unam* 1

Collodii *partes centum* . . . . 100.

Misceantur.

Servetur in vitro bene obturato loco frigido.

Cortex Cascarillæ.

Ph. N. Ed. I.: Cortex Eluteriæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Austr. & Ph. U. St.: Cascarilla. Ph. Fr.: Cascarille officinale. Ceteræ: Cortex Cascarillæ.

Cascarillebark.

Croton Sloanei, Cr. Eluteria, Cr. Cascarilla *Bennet* **& Cr. lineare** *Jacquin.* **Euphorbiaceæ.** Arbores frutescentes insularum Indiæ occidentalis, præsertim Bahamensium.

Cortex durus, canaliculatus vel convolutus, extus cinereus, intus e cinereo fuscus, fractura cornea, manducatus os urens, sapore amaro, odore aromatico.

Ramuli sæpe intermixti rejiciantur.

Præparatum:

Tinctura Cascarillæ . . . . 20 : 100.

Cortex Chinæ Calisayæ.

Ph. N. Ed. I.: Cortex Cinchonæ regius.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Cortex Chinæ Calisayæ. Ph. Austr.: China (Cortex Chinæ Calisayæ). Ph. Brit.: Cinchonæ flavæ cortex. Ph. U. St.: Cinchona flava. Ph. Fr.: Quinquina Calisaya ou Quinquina jaune royal.

Konge-Chinabark.

Cinchona Calisaya *Weddell.* **Rubiaceæ.** Arbor in regionibus altioribus Andium Boliviæ et Peruviæ australis spontanea, in insula Java et India orientali culta.

Cortex interior trunci, planiusculus, unum ad duo centimetra crassus, e rufo flavus, extus impressionibus

foveatis, superficialibus, argute marginatis instructus, fractura æqvaliter, brevissime rigideqve fibrata.

Cortex basium, qvas dicunt, Chinæ partes minimum duas (2) in centum partibus (100) continere debet. Cave, ne confundas cum corticibus flavis vilioribus, qvales sunt cortices Chinæ Carthagenæ, rubiginosus, Pitoyensis.

Præparata:

Decoctum Chinæ	10 : 100
„ „ acidum	10 : 100
Tinctura Chinæ	20 : 100
„ „ composita	8 : 70.

Cortex Cinnamomi Ceylanici.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Cortex Cinnamomi Zeylanici. Cfr. Ph. Austr.: Cinnamomum. Ph. Brit.: Cinnamomi cortex. Ph. U. St.: Cinnamomum. Ph. Fr.: Cannelle de Ceylan.

Ægte Kanel.

Cinnamomum Ceylanicum *Breyn.* **Laurineæ.** Arbor insulæ Ceylon indigena, in zonis calidis culta.

Cortex interior ramulorum, pluries convolutus, tenuissimus, fragilis, coloris pallide ex flavo fusci, odoris grate aromatici, saporis dulcis, manducatus os urens.

Præparata:

Massa pilularum de Cynoglosso.

Tinctura aromatica.

„ „ acida.

„ Cinnamomi.

„ Lavandulæ composita.

Cortex Frangulæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Cortex Frangulæ.

Frangulabark.

Rhamnus Frangula *L.* **Rhamneæ.** Frutex Norvegiæ indigenus.

Cortex ramorum sæpius convolutus, extus canus vel e cano fuscus, verrucis parvis, albis, transverse sæpe porrectis, obsitus, vetustior subrimosus, strato suberoso, tenuissimo, intus purpureo obtectus, fractura fibrata, fibris citrinis.

Ne dispensetur cortex nisi per annum saltem servatus.

Cortex fructuum Aurantii. Flavedo Aurantii.

Ph. N. Ed. I.: Cortex fructuum Aurantii.
Ph. Svec.: Flavedo aurantii. Ph. Dan.: Cortex fructus Aurantii.
Ph. Germ.: Cortex fructus Aurantii. Ph. Austr.: Aurantium (Flavedo corticis Aurantii). Ph. Brit.: Aurantii cortex. Ph. U. St.: Aurantii amari cortex. Ph. Fr.: Écorce d'Orange amère.

Pommerantsskal.

Citrus vulgaris *Risso* **(C. Aurantium** *L.* var. **amara). Aurantiaceæ.** Arbor Asiæ orientalis et meridionalis indigena, in Europa meridionali freqventer culta.

Cortex fructus maturi a strato interiore albo liberetur.

Præparata:

Tinctura Aurantii.
„ Chinæ composita.
„ Lavandulæ composita.

Cortex Qvercus.

Ph. N. Ed. I.: Cortex Qvercuum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Cortex Qvercus. Ph. Brit.: Qvercus cortex. Ph. U. St.: Qvercus alba. Ph. Fr.: Écorce de chêne rouvre.

Egebark.

Qvercus pedunculata *Ehrhardt* (**Q. Robur** *L.)* et **Q. sessiliflora** *Smith* (**Q. Robur** *β. L.).* **Cupuliferæ.** Arbores Norvegiæ australis.

Colligendus est tempore vernali cortex truncorum juniorum vel ramorum non nimis vetustorum.

Decocta,

qvibus nulla formula nominatim præscripta est, eodem modo parentur ac decoctum Chinæ.

Decoctum Chinæ.

Ph. N. Ed. I.: Decoctum Cinchonæ simplex.

Ph. Brit. & Ph. U. St.: Decoctum Cinchonæ flavæ (1 ad 20).

China-Decoct.

Rp. **Corticis Chinæ Calisayæ** contusi *partes decem* 10.
Per dimidiam horam coqvantur cum
Aqvæ tanta copia, qvanta sufficiat ad colaturam calide expressam *partium centum* . . . 100.
Refrigeratum sit turbidum.
Ex tempore paretur.

Decoctum Chinæ acidum.

Ph. N. Ed. I.: Decoctum Cinchonæ acidum.

Surt China-Decoct.

Rp. **Corticis Chinæ Calisayæ** contusi *partes decem* 10
Acidi sulphurici diluti *partem unam* . . . . 1.
Coqvantur per horam dimidiam in patina porcellanea cum
Aqvæ tanta copia, qvanta sufficiat ad colaturam expressam *partium centum* . . . . . 100.
Refrigeratum sit turbidum.
Paretur ex tempore.

Elæosacchara.

Ph. N. Ed. I.: (1 : 100).

Ph. Svec. & Ph. Dan.: (2 : 100).
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Elæosacchara. Ph. Fr.: Oléosaccharures.

Oliesukker.

Rp. **Ætherolei** cujusvis *guttas qvinqve* 5
Sacchari albi *grammata decem* . . . . . . 10.
Conterendo misceantur.
Parentur ex tempore.

Electuarium aperiens.

Ph. N. Ed. I.

Cfr. Ph. Svec.: Electuarium Sennæ (Fruct. Coriandri 1, Folior. Sennæ 10, Pulpæ Tamarind. depurat. 15, Syrupi Sacchari 25). *Cfr. Ph. Dan.: Electuarium e Senna*

mannatum (Tartrat. kalic. 3, Fol. Sennæ 6, Pulp. Tamarind. 12, Syrup. Sennæ 24. Evaporentur ad partes 40)

Cfr. Ph. Germ.: Electuarium e Senna. Ph. Austr.: Electuarium lenitivum. Ph. Brit.: Confectio Sennæ. Ph. Fr.: Électuaire lénitif.

Afførende Latværge.

Rp. **Tartratis kalici pulverati** *partem unam* . . . 1
Foliorum Sennæ pulveratorum *partes duas* . . 2
Pulpæ Tamarindorum depuratæ *partes qvatuor* . 4
Syrupi Sennæ mannati *partes octo* . . . . . 8.
Terendo commisceantur. Ne dispensetur nisi per aliqvot dies sepositum.

Emplastrum adhæsivum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Emplastrum resinæ. Cfr. Ph. Fr.: Emplâtre agglutinatif (Emplâtre d'André de la croix).

Heftplaster.

Rp. **Emplastri oxydi plumbici** *partes octigentas* . . 800
Ceræ flavæ 75
Resinæ Pini flavæ 75
singulorum partes septuaginta qvinqve,
Sebi *partes viginti qvinqve* . . . . 25.
Modico calore colliqvefactis addantur
Balsami Terebinthinæ Venetæ
partes viginti qvinqve 25.
Bene commixta massa in magdalides formetur.

Emplastrum adhæsivum cum Resina Mastiche.

Heftplaster.

Rp. **Emplastri oxydi plumbici** *partes octingentas* . 800
Ceræ flavæ *partes septuaginta qvinqve* . . . 75
Sebi *partes viginti qvinqve* 25
Resinæ Mastichis *partes centum* . . . . . . 100.

Mixta modico calore liqvefiant; deinde massa in magdalides formetur.

Emplastrum Cantharidum colatum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.

Rp. **Cantharidum pulveratarum** 40
Resinæ Colophonii 40
singularum partes qvadraginta,
Ceræ flavæ *partes viginti qvinqve* 25
Sebi *partes decem* . . . . 10.

Commixtis et inter freqventem agitationem balnei aqvæ ope per horas tres liqvefactis addantur

Balsami Terebinthinæ communis *partes qvinqve* 5.

Massa dein per pannum linteum prelo calefacto exprimatur et in papyraceas capsulas effundatur.

Emplastrum Cantharidum cum Euphorbio.

Ph. N. Ed. I.: Emplastrum Cantharidum perpetuum.

Ph. Svec.: (Balsam. Terebinth. Venet. loco Balsami Tereb. comm.).

Ph. Dan.

Cfr. Ph. Germ.: Emplastrum Cantharidum perpetuum. Ph. Austr.: Empl. Cantharidum perpetuum (Cantharid. circit. 18 %).

Trækplaster.

Rp. **Balsami Terebinthinæ communis** 6
Resinæ Mastichis 6
singulorum partes sex.

Leni calore colliqvefactis inter perpetuam agitationem admisceantur

Cantharidum nuper pulveratarum *partes duæ* . 2
Euphorbii pulverati *pars una* . . . . 1.

Massa in papyraceas capsulas effundatur.

Emplastrum Cantharidum ordinarium.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: Emplastrum cantharidum.

Ph. Germ.: Empl. Cantharidum ordinarium (Cantharid. 25 %). *Ph. Austr.: Emplastrum Cantharidum* (33 %). *Ph. Brit.: Empl. Cantharidis* (33 %). *Cfr. Ph. U. St.: Ceratum Cantharidis* (33 %). *Ph. Fr.: Emplâtre vésicatoire* (33 %).

Spanskflue-Plaster.

Rp. **Ceræ flavæ** *partes decem* 10
Balsami Terebinthinæ communis *partes tres* . 3.

Modico calore colliqvefactis paullatim inter agitationem continuam addatur mixtio per horas sex antea digesta e

Cantharidum nuper pulveratarum et siccatarum *partibus sex* 6
Olei Olivarum *partibus tribus* 3

parata.

Massa inter agitationem sæpius repetitam refrigerata in magdalides formetur.

Super oxydum calcicum potissimum servetur.

Emplastrum gummi-resinosum.

Ph. N. Ed. I.

Cfr. Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Empl. Lithargyri compositum. Cfr. Ph. Austr.: Emplastrum diachylon compositum. Ph. Brit.: Empl. Galbani. Ph. Fr.: Emplâtre diachylon gommé.

Gummi-Plaster.

Rp. **Emplastri oxydi plumbici** *partes septuaginta* . 70
Ceræ flavæ *partes duodecim* . . . . 12.
Colliqvefactis addantur
Gummi resinæ Ammoniaci 6
„ „ **Galbani** 6
singulorum partes sex
antea calore balnei aqvæ solutæ in
Balsami Terebinthinæ communis *partibus sex* . 6
Spiritus diluti *partibus tribus* . . . . . . 3.
Refrigerata massa in magdalides formetur.

Emplastrum Meliloti

loco Emplastri Melilotorum Ph. N. Ed. I.
Cfr. Ph. Svec. & Ph. Dan.
Cfr. Ph. Germ.: Empl. Meliloti. Ph. Austr.: Empl. de Meliloto.

Meloten-Plaster.

Rp. **Olei Olivarum** 20
Resinæ Colophonii 20
singulorum partes viginti,
Ceræ flavæ *partes qvadraginta* . . . . . . 40.
Liqventur et per horam dimidiam inter perpetuam agitationem in balneo aqvæ seponantur. Dein refrigeratis addatur mixtio liqvefacta
Gummi-resinæ Ammoniaci 2
Balsami Terebinthinæ Venetæ 2
singulorum partium duarum.
Adde demum:
Herbæ Meliloti pulveratæ et siccatæ
partes duodecim 12
„ **Absinthii** pulveratæ et siccatæ
partes qvatuor 4.
Exacte commixta massa in magdalides formetur.

Emplastrum oxydi plumbici.

Ph. N. Ed. I.: Emplastrum plumbicum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Empl. Lithargyri simplex. Ph. Austr.: Empl. diachylon simplex. Ph. Brit.: Empl. Plumbi. Ph. Fr.: Emplâtre simple.

Bly-Plaster.

Rp. **Oxydi plumbici** subtilissime pulverati *partem unam* 1
Olei Olivarum *partes duas* . . . . 2.

Concoqvantur assidue agitando et aqvam calidam subinde instillando, donec emplastrum confectum sit. Magdalides formentur.

Præparata:
Emplastrum adhæsivum.
" gummi-resinosum.

Emulsio Amygdalarum

loco Emulsionis Amygdalarum Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Emulsio amygdalina. Ph. Dan.

Ph. Austr.: Emulsio amygdalina. Ph. Brit.: Mixtura Amygdalæ. Ph. Fr.: Émulsion simple.

Mandel-Emulsion.

Rp. **Seminum Amygdali dulcium** decorticatorum *partes decem* 10

In mortario contusis et aqvæ portiuncula sensim affusa in massam pultaceam redactis addatur

Aqvæ tanta copia,

qvanta reqviratur ad obtinendas colaturæ lenissime expressæ *partes nonaginta* . . . . 90.

Admisceantur dein:

Syrupi Sacchari *partes decem* . . . . . . 10.

Ex tempore paretur.

Emulsio oleosa

loco Emulsionis oleosæ Ph. N. Ed. I.

Cfr. Ph. Austr.: Emulsio oleosa.

Olie-Emulsion.

Rp.	**Olei Olivarum** *partes decem*	10
	Gummi Arabici pulverati *partes qvinqve* . . .	5
	Aqvæ *partes octo*	8.
	Emulsioni conterendo effectæ addantur	
	Syrupi Sacchari *partes qvindecim*	15
	Aqvæ *partes sexaginta duæ*	62.

Misceantur.

Ex tempore paretur.

---

† Euphorbium.

Ph. N. Ed. I.: Resina Euphorbiarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Euphorbium. Ph. Fr.: Euphorbe des Canaries.

Euphorbia resinifera *Berg.* **Euphorbiaceæ.** Frutex in Atlante Africæ indigenus.

Succus lacteus e frutice vulnerato effluens, in aëre induratus.

Frustula plerumqve pisi magnitudine, multiformia, sæpe perforata, sordide subflava, opaca, frigore friabilia, magnæ acritudinis, in aqva, spiritu et æthere ex parte solubilia; pulverata sternutationem vehementissimam excitant.

A ramulorum partibus sæpe admixtis liberetur.

Caute servetur.

Præparatum:

Emplastrum Cantharidum cum Euphorbio . . . 1 : 15.

Extracta.

In extractis parandis hæc observanda sunt, nisi alia parandi ratio præscripta est.

Maceratio fiat calore 15°—25° adhibito, digestio calore 35°—40°, inter agitationem vel qvassationem sæpius repetitam.

Evaporatio in balneo aqvæ vel vaporum ita instructo, ut calor aqvæ bullientis non superetur, inter continuam agitationem et sine ulla intermissione perficienda est. Majorem partem spiritus ad extrahendum adhibiti ante evaporationem leni calore destillando detrahere licet; hæc tamen spiritus copia postea ad idem solummodo extractum comparandum adhibenda est.

In extractis exsiccandis temperatura calorem 50° ne excedat.

In extractis spissis parandis tamdiu fiat evaporatio, donec tanta spissitudo effecta sit, ut in temperatura media extractum in fila deduci, non vero e vase effundi possit.

Serventur extracta loco sicco non nimis calido in vasis porcellaneis vel vitreis antea bene siccatis.

Tabula Extractorum.

Extracta sicca.

Extractum	Aconiti.	Extracta spirituosa.	Continent partem qvadrantem ($^1/_4$) sacchari lactis.
,,	Belladonnæ.		
,,	Hyoscyami.		
,,	Nucis vomicæ.		
,,	Aloës.	Extracta aqvosa.	
,,	Cardui benedicti.		
,,	Gentianæ.		
,,	Glycyrrhizæ depuratum.		
,,	Rhei.		
,,	Glycyrrhizæ crudum.	(Extractum venale.)	
,,	Rhei compositum.		

Extracta spissa.

Extractum Cannabis. (Extractum venale.)
,, Filicis (Extractum æthereum.)
,, Pomorum ferratum
,, Secalis cornuti. (Extractum aqvosum.)
,, Taraxaci.

† Extractum Aconiti.

Ph. N. Ed. I.: Extractum Aconitorum.

Ph. Svec.: Extr. Aconiti tuberum. Ph. Dan.: Extr. Aconiti (herbæ).

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Extr. Aconiti (tuber.). Ph. Brit. & Ph. U. St.: Extr. Aconiti (folior.). Ph. Fr.: Extrait alcoolique d'aconit (feuilles).

Aconit-Extract.

Rp. **Herbæ Aconiti** minutim concisæ *partem unam* . 1
Spiritus diluti *partes qvatuor* . . . . 4.

Per dies qvinqve macerentur et exprimantur. Residuis affundantur

Spiritus diluti *partes tres* . . . . 3.

Iterum macerata exprimantur. E liqvoribus commixtis et filtratis partes qvinqve destillentur. Qvod remanserit, balneo aqvæ ad siccum evaporetur. Extractum ita exsiccatum dein cum tertia ponderis sui parte (1/3) sacchari lactis bene misceatur.

Servetur caute in vase bene clauso et in loco sicco, si velis, supra oxydum vel chloretum calcicum.

Dosis maxima: *Centigrammata qvindecim* 0,15 gram.

Eadem ratione parentur et serventur:
Extractum Belladonnæ.
,, Hyoscyami.

Nota: Pars una (1) extractorum narcoticorum nostrorum respondet partibus duabus (2) extractorum narcoticorum exsiccatorum Pharmacopoeæ Svec. Ed. VII. 2.

---

† Extractum Aloës.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Extractum Aloës. Ph. Brit.: Extractum Aloës Socotrinæ. Cfr. Ph. U. St.: Aloë purificata.

Aloe-Extract.

Rp. **Aloës pulveratæ** *partem unam* 1
Aqvæ *partes qvatuor* . . . . 4.

Inter perpetuam agitationem ebulliant.

Mixtio per viginti qvatuor horas seposita et colando a sedimento liberata evaporetur, ut fiat extractum siccum.

Caute servetur.

Præparatum:

Extractum Rhei compositum . . . . 20 : 100.

---

† Extractum Belladonnæ.

Ph. N. Ed. I.: Extractum Atropæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. U. St.: Extr. Belladonnæ alcoholicum. Ph. Fr.: Extrait alcoolique de belladonne. Ceteræ: Extractum Belladonnæ.

Belladonna-Extract.

E **Foliis Belladonnæ** minutim concisis uti extractum Aconiti paretur.

Dosis maxima: *Centigrammata qvinqve* 0,05 gram.

---

† Extractum Cannabis Indicæ.

Ph. Svec.
Ph. Germ., Ph. Austr. & Ph. U. St.: Extract. Cannabis. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Extr. Cannabis Indicæ. Ph. Fr.: Hachisch.

Indisk Hamp-Extract.

Cannabis sativa *L.* var. **Indica. Cannabineæ.** Planta annua Indiæ orientalis.

Extractum venale ex herba spiritu extrahendo paratum, spissum, e nigro viride vel e nigro fuscum, in spiritu concentrato, non in aqva solubile.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata decem* . 0,10 gram.

Extractum Cardui benedicti.

Ph. N. Ed. I.: Extractum Cnici.

Ph. Svec.
Ph. Germ.: Extract. Cardui benedicti. Ph. Fr.: Extrait de chardon bénit.

Rp. **Foliorum Cardui benedicti** siccatorum et minutim concisorum qvantum vis.
Affunde
Aqvæ fervidæ tantum,
qvantum ad pultariam massam formandam reqviratur. Per duodecim horas macerata prelo exprimantur. Residuis partibus iterum affundatur
Aqvæ fervidæ tantum,
qvantum ad pultariam massam formandam reqviratur. Per horas sex seposita iterum exprimantur. Liqvores commixti et ad dimidium sui evaporati seponantur, ut

partes turbantes subsidant; dein liqvor a sedimento limpide defusus aqvæ balneo ad siccum evaporetur.

Præparatum:

Massa pilularum tonico-nervinarum . . . . 1 : 3.

Extractum Filicis.

Ph. N. Ed. I.: Extractum Aspidii.

Ph. Svec.

Ph. Germ.: Extract. Filicis. Ph. Austr.: Extract. Filicis maris. Ph. Fr.: Extrait éthéré de Fougère mâle.

Bregnerod-Extract.

Rp. **Rhizomatis Filicis** pulverati *partem unam* . . . 1.
Affundantur
Ætheris *partes tres* . . . . 3.

Per triduum macerata filtrentur et exprimantur. Partibus residuis affundantur

Ætheris *partes duæ* . . . . 2.

Iterum macerentur et exprimantur. Liqvores commixti atqve filtrati dein destillentur, donec qvarta pars (1/4) remanserit, qvæ balneo aqvæ ad syrupi spissitudinem evaporetur. In maceratione tali modo effecta apparatum Mohri vel Hageri adhibere licet.

Extractum Gentianæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Extrait de Gentiane. Ceteræ: Extractum Gentianæ.

Gentiana-Extract.

E **Radice Gentianæ** minutim concisa uti extractum

Cardui benedicti paretur, nisi qvod aqva frigida adhibeatur.

Extractum Glycyrrhizæ crudum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Succus Liqviritiæ crudus.

Lakrits.

Extractum venale e **Radice Glycyrrhizæ** paratum.

Compactum, durum, in baculos subcylindratos redactum, nigrum, fractura nitenti, saporis peculiaris, dulcis, in aqva relictis heterogeneis solubile.

Cave, ne contineat cuprum.

Præparatum:
Extractum Glycyrrhizæ depuratum.

Extractum Glycyrrhizæ depuratum

loco Extracti radicis Glycyrrhizarum Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Extract. Glycyrrhizæ.
Ph. Germ.: Succus Liqviritiæ depuratus (spissus). Ph. Austr.: Extr. Liqviritiæ (e radice). *Ph. Brit. & Ph. U. St.: Extr. Glycyrrhizæ* (e radice). *Ph. Fr.: Extrait de suc de réglisse. Suc de réglisse purifié.*

Lakrits-Extract.

Extractum Glycyrrhizæ crudum in vase idoneo deponatur interjectis stratis stramineis aut virgis bene elotis salicis vel betulæ, tantaqve aqvæ copia affundatur, ut obtegatur. Maceratione per tres vel qvatuor dies perfecta, liqvor detrahatur, atqve recens copia aqvæ parti

residuæ affundatur, qvod simul cum ceteris, qvæ supra indicatæ sunt, operationibus toties iteretur, donec aqva omnia, qvæ solvi possunt, extraxerit. Liqvores limpidi effecti ad siccum evaporentur.

Præparatum:

Liqvor pectoralis . . . . 20 : 100.

---

† Extractum Hyoscyami.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Brit.: Extractum Hyoscyami. Ph. Austr.: Extr. Hyoscyami foliorum. Ph. U. St.: Extr. Hyoscyami alcoholicum. Ph. Fr.: Extrait alcoolique de Jusquiame.

Bulmeurt-Extract.

E **Foliis Hyoscyami** uti extractum Aconiti paretur.
Dosis maxima: *Centigrammata viginti* . 0,20 gram.

---

† Extractum Nucis vomicæ.

Ph. N. Ed. I.: Extractum Strychni.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Extract. Strychni spirituosum. Ph. Austr. & Ph. Brit.: Extract. Nucis vomicæ. Ph. U. St.: Extr. Nucis vomicæ alcoholicum. Ph. Fr.: Extrait alcoolique de noix vomique.

Rævekage-Extract.

E **Seminibus Nucis vomicæ** grosse pulveratis uti extractum Aconiti paretur, nisi qvod digestio calore gra-

duum 50—60 macerationis loco adhibeatur, et extractum ad siccum, saccharo lactis non addito, evaporetur.

Dosis maxima: *Centigrammata decem* . 0,10 gram.

Extractum Pomorum ferratum

loco Extracti Pomorum ferrati Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Extractum Pomi ferratum.
Ph. Germ.: Extract. ferri pomatum. Ph. Austr.: Extract. malatis ferri.

Fructus Pyri Mali aciduli, recentes, decorticati in pultem contundantur.

Rp. **Succi** inde recens expressi *partes decem* . . 10
Ferri pulverati *partem unam* . . . . 1.

Massa sæpius agitata loco tepido, aqvam exhalatam restituendo, tamdiu seponatur, donec ferrum non jam solvi videatur; deinde per horas qvinqve calore graduum 60—70 digestus liqvor filtretur et ad communem extracti spissi consistentiam evaporetur.

Præparatum:
Tinctura extracti Pomorum ferrati.

Extractum Rhei.

Ph. N. Ed. I.: Extractum Rheorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Brit.: Extr. Rhei. Ph. Fr.: Extrait de rhubarbe. Cfr. Ph. U. St.: Extr. Rhei (alcoholicum).

Rhabarber-Extract.

Rp. **Radicis Rhei** concisæ et a pulvere liberatæ
partem unam 1

Aqvæ *partes qvinqve* . . . . 5.
Per horas viginti qvatuor macerata leniter exprimantur. Residuis affundantur

Aqvæ *partes tres* . . . . 3.

Iterum per horas duodecim macerentur et exprimantur. Liqvores commixti et, ut partes turbantes subsidant, sepositi limpide defundantur et ad siccum evaporentur.

Præparatum:
Extractum Rhei compositum . . . . 50 : 100.

Extractum Rhei compositum

loco Massæ pilularum Rheorum compositarum Ph. N. Ed. I.
Cfr. Ph. Dan.: Extractum Rhei jalapinum.
Cfr. Ph. Germ.: Extractum Rhei compositum.

Rp. **Extracti Aloës** *partes viginti* 20
Extracti Rhei *partes qvinqvaginta* 50
Massæ pilularum Resinæ Jalapæ *partes triginta* 30.
Pulverata commisceantur.

---

† Extractum Secalis cornuti. Ergotinum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Extractum Secalis cornuti.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Extr. Secalis cornuti. Cfr. Ph. Brit.: Extr. Ergotæ liqvidum. Ph. Fr.: Ergotinum Bonjean.

Ergotin.

Rp. **Secalis cornuti** nuper pulverati *partem unam* . . 1
Aqvæ *partes tres* . . . . 3.

Per horas duodecim loco frigidulo macerentur, dein liqvor coletur. Expressis residuis affunde

Aqvæ *partes duas* . . . . 2.

Iterum maceretur et exprimatur. Liqvores limpidi commixti ad syrupi spissitudinem evaporentur.

Refrigeratis addatur

Spiritus concentrati *pars una* . . . . 1.

Per horas viginti qvatuor sæpius agitando macerentur. Solutio inde effecta spirituosa dein filtretur et ad communem extracti spissi consistentiam evaporetur.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata triginta* . 0,30 gram.

Extractum Taraxaci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Extrait de pissenlit. Ceteræ: Extr. Taraxaci.

Løvetand-Extract.

Radix Taraxaci recens cum herba juniore concisa et ad pultariam massam contusa exprimatur. Partes residuæ, idonea aqvæ qvantitate affusa, in pultem redactæ iterum exprimantur. Liqvores, donec coagulati sint, calefiant, dein colati ad communem extracti spissi consistentiam evaporentur.

Ferrum pulveratum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.

Pulveriseret Jern.

Sit pulvis cinereus, ponderosus; in acido hydrochlorato diluto, nullo gasis sulphidi hydrici odore orto,

pæne solvatur, pauxillum tantummodo residui carbonacei relinqvens (Fe S). Si ferrum hujus solutionis, acido nitrico ad perfectam ferri oxydationem addito, solutione ammoniaci abundanti secreveris, liqvor filtratus colorem cærulcum ne exhibeat neve solutione sulpho-hydratis ammonici addita præcipitatum præbeat (Cu, Zn).

Servetur loco sicco in vase bene clauso.

Præparata:

Extractum Pomorum ferratum.
Pilulæ iodeti ferrosi.
Syrupus iodeti ferrosi.

Ferrum reductum.

Ph. Dan.
Ph. Germ.: Ferrum reductum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Ferrum redactum. Ph. Fr.: Fer réduit par l'Hydrogène.

Reduceret Jern.

Pulvis subtilissimus, e cinerco niger; in mortario porcellaneo tritus splendorem metallicum exhibet. In acido hydrochlorato sub evolutione gasis hydrogenii fere plane solvatur.

Si pulveris partem unam (1) cum partibus viginti (20) solutionis chloreti ferrici in lagena obturata conqvassaveris, summum dimidia pars non soluta remaneat (oxydum ferrico-ferrosum).

Servetur loco sicco in vase bene clauso.

Flores Arnicæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Flores Arnicæ. Ph. Austr.: Arnica (Flores, Folia, Rhizoma). *Ph. U. St. & Ph. Fr.: Arnica.*

Arnica-Blomster.

Arnica montana *L.* **Synanthereæ.** Planta radice perenni in Norvegia freqvens.

Flosculi vitellini, pappo piloso, scabro, fragili instructi, germine tuboqve pubescentes; flores radiales sunt feminei et ligulati, qvatuor fere millimetra lati, tridentati; flores disci hermaphroditi, tubulosi et qvinqvedentati.

Flores recens evoluti colligendi. Ne sint a larvis et vermiculis corrosi. Dispensentur a peranthodiis liberati.

Præparatum:

Tinctura Arnicæ . . . . 10 : 100.

Flores Caryophylli.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Caryophylli. Ph. Austr.: Caryophyllus. Ph. Brit.: Caryophyllum. Ph. U. St.: Caryophyllus. Ph. Fr.: Girofle.

Kryddernelliker.

Caryophyllus aromaticus *L.* **Myrtaceæ.** Arbor insularum Moluccensium indigena, in regionibus calidis culta.

Flores nondum explicati, colore fusco, cylindrati vel subangulati, calyce qvadripartito, corollam globosam caducam includente. Sint odore fragrantissimo, manducati os urant.

Præparata:

Massa pilularum de Cynoglosso.

Tinctura Lavandulæ composita.

Flores Chamomillæ.

Ph. N. Ed. I.: Flores Matricariæ.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Flores Chamomillæ vulgaris.
Ph. Germ.: Flores Chamomillæ vulgaris. Ph. Austr.: Chamomilla vulgaris. Ph. U. St.: Matricaria. Ph. Fr.: Chamomille commune.

Kamille-Blomster.

Matricaria Chamomilla *L.* **Synanthereæ.** Planta annua in nonnullis Norvegiæ locis freqvens.

Calathia radiata, periclinio imbricato, receptaculo conico, nudo, cavo, flosculis disci flavis et tubulosis, radii albis et ligulatis, pappo nullo. Ne confundantur cum floribus plantarum affinium uti Pyrethri inodori *Smith*, Anthemis arvensis *L.*

Præparata:

Oleum Chamomillæ infusum.
Species emollientes.
„ resolventes.
Ungventum aromaticum.

Flores Cinæ.

Ph. N. Ed. I.: Flores Artemisiæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Flores Cinæ. Ph. Austr.: Cina. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Santonica. Ph. Fr.: Semen contra.

Ormefrø.

Artemisiæ species e sectione Seriphidii huc usqve ignota. **Synanthereæ.**

Calathia nondum explicata, pauciflora, oblongo-prismatica, glabra, colore subviridi vel subflavo, circiter duo

millimetra longa; periclinii sqvamæ sunt imbricatæ, carinatæ, membranaceo marginatæ, glandulis minutis et aureis dorso inspersis; exteriores sqvamæ sunt ovoideæ, minores qvam interiores oblongæ; sapore et odore sunt peculiari et ingrato. Adhibeantur solummodo flores Cinæ, qvi dicuntur Levantici.

Flores Kusso.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Flores Kosso. Ph. Austr.: Kousso. Ph. Brit.: Cusso. Ph. U. St.: Brayera. Ph. Fr.: Cousso.

Kusso.

Hagenia Abyssinica *Willdenow.* **(Brayera anthelmintica** *Kunth.)* **Rosaceæ.** Arbor in montibus Abyssiniæ indigena.

Paniculæ femineæ, coarctatæ, ramosissimæ, villosæ, multifloræ, floribus perigynis, plus minusve defloratis, bibracteolatis, bracteolis subrotundis sepalisqve qvinqve vel qvatuor exterioribus oblongis, circiter centimetrum longis, membranaceis, reticulato-venosis, subrubris vel subviridibus, sapore nauseoso et amaro.

Serventur in vasis diligenter clausis et a luce remotis. Ante dispensationem a ramis crassioribus liberentur.

Flores Lavandulæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Flores Lavandulæ. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Lavandula. Ph. Fr.: Lavande officinale et Lavande commune ou Spic.

Lavendel-Blomster.

Lavandula officinalis *Chaix.* **(L. spica** *α* **angusti-**

folia *L.)* **Labiatæ.** Suffrutex Europæ australis apud nos in hortis interdum cultus.

Flores nondum plane explicati, calyce cylindrico, striato, qvinqvedentato, corolla bilabiata, cærulea, odore fragranti et aromatico.

Præparatum:

Species resolventes . . . . 8 : 100.

Flores Sambuci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Flores Sambuci. Ph. Austr.: Sambucus (Flores & Fructus recentes). *Ph. Brit.: Sambuci flores. Ph. U. St.: Sambucus. Ph. Fr.: Sureau.*

Hylde-Blomster.

Sambucus nigra *L.* **Caprifoliaceæ.** Frutex in Norvegia sponte nascens rarior, freqventer in hortis cultus.

Cymæ florentes qvinqveradiatæ, multifloræ, corollis rotatis e flavo albidis. Flores nigrescentes rejiciantur.

Præparata:

Species emollientes.
" laxantes St. Germain.
" pectorales.
" resolventes.

Flores Tanaceti.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. U. St.: Tanacetum. Ph. Fr.: Tanaisc.

Regnfang-Blomster.

Tanacetum vulgare *L.* **Synanthereæ.** Planta perennis Norvegiæ.

Calathia ad corymbum disposita, aureo-flava, discoidea, periclinio imbricato, receptaculo convexo, nudo, flosculis tubulosis copiose obsito, odore gravi et peculiari.

Flores Verbasci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Flores Verbasci. Ph. Austr.: Verbascum. Ph. Fr.: Bouillon blanc.

Kongelys-Blomster.

Verbascum Thapsus *L.* **V. thapsiforme** *Schrader* et **V. phlomoides** *L.* **Personatæ.** Plantæ biennes Europæ mediæ, prima in Norvegia etiam satis freqvens.

Corollæ satis magnæ, rotatæ, subregulares, aureo-flavæ, staminibus superioribus tribus brevioribus et albo lanatis, inferioribus duobus longioribus et glabris, sapore mucilaginoso, odore peculiari.

Corollæ a calycibus liberatæ et optime siccatæ in vasis diligenter clausis serventur.

Præparatum:

Species pectorales.

---

† Folia Belladonnæ.

Ph. N. Ed. I.: Folia Atropæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Folia Belladonnæ. Ph. Austr.: Belladonna (Folia, Radix). *Ph. Brit. & Ph. U. St.: Belladonnæ folia. Ph. Fr.: Feuilles de belladonne.*

Belladonna-Blade.

Atropa Belladonna *L.* **Solanaceæ.** Planta rediviva Europæ mediæ et australis.

Folia ovato-lanceolata in petiolum attenuata, integerrima, supra saturate viridia, juniora pubescentia, adultiora nervis solummodo subpubescentia, odoris narcotici, saporis subamari, ingrati.

Folia e planta florescenti colligenda et caute servanda sunt.

Dosis maxima: *Centigrammata triginta* . 0,30 gram.

Præparatum:

Extractum Belladonnæ.

Folia Bucco.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Brit.: Buchu folia. Ph. U. St.: Buchu.

Barosma crenata *Kunze,* **B. crenulata** *Hooker,* **B. betulina** *Bartling,* **B. serratifolia** *Willdenow* et **Empleurum serrulatum** *Aiton.* **Diosmeæ.** Frutices in promontorio Bonæ Spei indigeni.

Folia crassa, glandulosa, tri- vel qvinqvenervia, glabra, formæ variæ. Odore sunt gravi et aromatico, sapore aromatico et subcamphoraceo.

Folia Cardui benedicti.

Ph. N. Ed. I.: Herba Cnici.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Chardon bénit.

Cnicus benedictus *Gærtner* **(Centaurea benedicta** *L.).* **Synanthereæ.** Herba annua in regionibus mediterraneis, præsertim in Græcia, spontanea, in Germania culta.

Folia oblongo-lanceolata, in petiolum attenuata, si-

nnato-pinnatifida, echinato-dentata, villosa, sapore peramaro et salso.

Præparata:

Extractum Cardui benedicti.

Tinctura amara.

---

† Folia digitalis.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Digitalis. Ph. Austr.: Digitalis. Ph. Brit.: Digitalis folia. Ph. U. St.: Digitalis. Ph. Fr.: Digitale.

Digitalis-Blade.

Digitalis purpurea *L.* **Personatæ.** Planta biennis in Norvegia occidentali et in montosis Europæ mediæ spontanea.

Folia ovato-lanceolata, in petiolum attenuata, rugosa, crenata, inprimis subtus plus minusve villosa, saporis amari et nauseosi.

Folia e planta florescenti in Norvegia sponte crescenti colligenda sunt; serventur caute a luce remota neve ultra annum.

Dosis maxima: *Centigrammata viginti* . 0,20 gram.

Præparata:

Tinctura Digitalis	10 : 100
„ „ rubra	10 : 100.

Folia Farfaræ.

Ph. N. Ed. I.: Folia Tussilaginis.

Ph. Dan.

Ph. Germ. Cfr. Ph. Fr.: Tussilage ou Pas d'ane (Flores).

Hestehov-Blade.

Tussilago Farfara *L.* **Synanthereæ.** Herba radice perenni in Norvegia freqvens.

Folia subrotundo-cordata, sinuato-angulata, dentata, subtus albido-tomentosa, supra glabra et subviridia, saporis peculiaris, amari.

Juniora plantæ folia mensibus Junii vel Julii colligenda sunt.

Præparatum:

Species pectorales.

---

† Folia Hyoscyami.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Hyoscyami. Ph. Austr.: Hyoscyamus. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Hyoscyami folia. Ph. Fr.: Jusquiame noire.

Bulmeurt-Blade.

Hyoscyamus niger *L.* **Solanaceæ.** Planta biennis in Norvegia spontanea.

Folia ovato-oblonga, sinuato-dentata, villosa, recentia viscosa, odoris foetidi, narcotici.

E planta florescenti colligenda, caute nec ultra annum servanda.

Dosis maxima: *Centigrammata qvadraginta* 0,40 gram.

Præparata:

Extractum Hyoscyami.

Oleum Hyoscyami infusum.

Folia Menyanthis.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Trifolii fibrini. Ph. Austr.: Trifolium fibrinum. Ph. Fr.: Ményanthe ou Trèfle d'eau.

Bukkeblade.

Menyanthes trifoliata *L.* **Gentianeæ.** Herba radice perenni apud nos in locis palustribus freqvens.

Folia petiolata, ternata, foliolis subsessilibus, ovalibus vel oblongis, leviter repando crenatis, glabris, læte viridibus, sapore peramaro.

Folia, priusqvam planta florere coepit, colligenda.

Præparatum:

Species amaræ.

Folia Nicotianæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Nicotianæ. Ph. Brit.: Tabaci Folia. Ph. U. St.: Tabacum. Ph. Fr.: Nicotiane ou Tabac.

Tobaks-Blade.

Nicotiana Tabacum *L.* **Solanaceæ.** Herba annua in America calidiore indigena.

Folia magna, oblongo-lanceolata, acuta, basi attenuata, glanduloso-villosa, siccata fusca.

Folia, qvæ Virginiana appellantur, sola adhibere licet.

Folia Salviæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Salviæ. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Salvia. Ph. Fr.: Sauge officinal.

Salvie-Blade.

Salvia officinalis *L.* **Labiatæ.** Suffrutex Europæ meridionalis, apud nos interdum hortensis.

Folia petiolata, oblonga, rugosa, crenulata, tenuiter tomentosa; manducata adstringentia, sapore amaro, odore aromatico.

Colligantur, anteqvam flores explicantur.

Folia Sennæ.

Ph. N. Ed. I.: Folia Cassiarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Sennæ. Ph. Austr.: Senna. Ph. Brit.: Senna Alexandrina. Ph. U. St.: Senna. Ph. Fr.: Séné d'Égypte.

Sennes-Blade.

Cassia lenitiva *Bischoff.* **Cæsalpinieæ.** Suffrutex Ægypti et Nubiæ.

Foliola subcoriacea, ovalia vel oblonga, integerrima, acuta, basi obliqva, pallide subglauca. Sint a foliis Solenostemmatis Argel *Hayne* (lanceolatis, basi æqvalibus) et a stipitibus leguminibusqve, qvantum fieri potest, libera.

Præparata:

Folia Sennæ spiritu extracta.	
Electuarium aperiens	2 : 15
Infusum Sennæ	10 : 100
„ „ compositum	10 : 100
Species amaræ	25 : 100
„ laxantes Hamburgenses	62 : 100
Syrupus Sennæ mannatus	10 : 100.

Folia Sennæ spiritu extracta.

Ph. Dan.
Ph. Germ.: Folia Sennæ spiritu extracta. Ph. Austr.: Senna sine resina.

Rp. **Foliorum Sennæ** *partem unam* 1
Spiritus concentrati *partes qvatuor* . . . . . . 4.
Folia per biduum macerata exprimantur et siccentur.

Præparatum:
Species laxantes St. Germain . . . . 40 : 100.

---

† Folia Stramonii.

Ph. N. Ed. I.: Folia Daturæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Folia Stramonii. Ph. Austr.: Stramonium. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Stramonii folia. Ph. Fr.: Stramoine ou Pomme-épineuse.

Pigæble-Blade.

Datura Stramonium *L.* **Solanaceæ.** Herba annua Orientis, in Norvegia australi interdum qvasi spontanea, sed rara.

Folia petiolata, acuta, sinuato-dentata, juniora pubescentia, adultiora nervis raris pilis obsitis, supra saturate viridia, infra pallidiora, odore peculiari, sapore nauseoso et amaro.

E planta florescenti colligenda, caute nec ultra annum servanda.

Dosis maxima: *Centigrammata triginta* . 0,30 gram.

Folia Uvæ Ursi.

Ph. N. Ed. I.: Folia Arctostaphyli.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Uvæ Ursi. Ph. Brit.: Uvæ ursi folia. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Uva ursi. Ph. Fr.: Busserole ou Uva ursi.

Melbær-Blade.

Arctostaphylos Uva Ursi *Sprengel* **(Arbutus Uva Ursi** *L.).* **Ericineæ.** Fruticulus in Norvegia freqvens.

Folia obovata, coriacea, integerrima, glabra, nitida, reticulato-venosa. Ne confundantur cum foliis Vaccinii vitis Idææ *L.*, margine reflexis, subtus opacis et fusco punctatis.

Folia æstate colligenda.

Fructus Anisi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Fructus Anisi vulgaris. Ph. Austr.: Anisum vulgare. Ph. U. St.: Anisum. Ph. Fr.: Anis vert ou Anis.

Anis.

Pimpinella Anisum *L.* **Umbelliferæ.** Herba annua in regione mediterranea orientali spontanea, in Europa culta.

Diachenia plane matura, late ovata, a latere parum compressa, dense pubescentia, e cinereo subviridia: constant ex duobus schizocarpiis plerumqve cohærentibus, qvorum utrumqve qvinis costis angustis instructum est; odore sunt aromatico, sapore subdulci. Cave, ne fructus Conii maculati (non pubescentes, costis undulatis et crenatis) intermixti sint.

Præparata:

Species Juniperi.

„ laxantes St. Germain.

„ pectorales.

Tinctura amara.

„ Colocynthidum composita.

Fructus Aurantii immaturi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Fructus Aurantii immaturus.
Ph. Germ. Ph. Brit.: Aurantii fructus. Ph. Fr.: Orangette ou Petit grain.

Umodne Pommerantser.

Citrus vulgaris *Risso.* **(C. Aurantium** *L.* var. **amara.) Aurantiaceæ.** Arbor Asiæ orientalis in zonis calidioribus ubiqve culta.

Baccæ immaturæ, globosæ, ad magnitudinem cerasorum electæ, glandulosæ, duræ, colore e viridi subnigro, sapore amaro.

Præparatum:

Tinctura amara.

Fructus Cannabis.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.

Hampefrø.

Cannabis sativa *L.* **Cannabineæ.** Herba annua Indiæ orientalis, apud nos culta.

Nuculæ ovatæ, bivalvares, monospermæ, pericarpio fragili, semine oleoso, sapore subdulci.

Præparatum:

Species demulcentes.

Fructus Cardamomi.

Ph. N. Ed. I.: Semina Elettariæ.

Ph. Svec.: Semina Cardamomi. Ph. Dan.: Fructus Cardamomi.
Ph. Germ.: Fructus Cardamomi minores s. Cardamomum minus. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Cardamomum. Ph. Fr.: Cardamome du Malabar.

Cardamome.

Elettaria Cardamomum *White & Matoni.* **Scitamineæ.** Planta perennis Indiæ orientalis, præsertim Malabariæ.

Capsulæ chartaceæ, multispermæ, seminibus parvis, duriusculis, fuscis, rugosis, in altera parte sulcatis, odore aromatico, manducatis os urentibus.

Præparata:
Tinctura aromatica.
„ „ acida.
„ Rhei amara.

Fructus Carvi.

Ph. N. Ed. I.: Fructus Cari.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Fructus Carvi. Ph. Austr.: Carvum. Ph. Brit.: Carvi fructus. Ph. U. St.: Carum. Ph. Fr.: Fruit de Carvi.

Karve.

Carum Carvi *L.* **Umbelliferæ.** Herba radice perenni in Norvegia freqventissima.

Diachenia matura, oblonga, a latere valde compressa; constant ex duobus schizocarpiis, facile separa-

bilibus, qvorum utrumqve qvinis costis angustis et sulcis latis, fuscis, univittatis instructum est; manducata os leviter urunt.

Fructus Coriandri.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Fructus Coriandri. Ph. Brit.: Coriandri fructus. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Coriandrum. Ph. Fr.: Coriandre.

Coriander.

Coriandrum sativum *L.* **Umbelliferæ.** Herba annua regionis mediterraneæ.

Diachenia matura, globosa, intus cava, colore e fusco flavo; constant ex duobus schizocarpiis plerumqve cohærentibus, dorso multistriatis. Manducata os urunt; sapore sunt subdulci, odore aromatico.

Præparatum:

Infusum Sennæ compositum.

Species laxantes Hamburgenses.

Fructus Cubebæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Cubebæ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Cubeba. Ph. Fr.: Cubebe.

Cubeber.

Cubeba officinalis *Miquel.* **(Piper Cubeba** *L.).* **Piperaceæ.** Frutex scandens insulæ Javæ spontaneus et cultus.

Drupæ submaturæ, duriusculæ, subglobosæ, basi attenuata stipitiformi, reticulatim rugosæ, colore e cinereo

obscure fusco, fructus Piperis magnitudine, odore fragranti; manducatæ os urunt.

Præparatum:

Tinctura Lavandulæ composita.

Fructus Foeniculi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Fructus Foeniculi. Ph. Brit.: Foeniculi fructus. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Foeniculum. Ph. Fr.: Fenouil doux.

Fennikelfrø.

Foeniculum officinale *Allioni.* **(Anethum Foeniculum** *L.).* **Umbelliferæ.** Herba radice perenni, in Europa meridionali indigena, apud nos interdum hortensis.

Diachenia matura, oblonga, teretiuscula, subfusca vel subviridia, schizocarpiis duobus plerumqve discretis, qvinqvecostatis, costis carinatis pallidioribus, sulcis latis obscurioribus, odore peculiari, sapore subdulci; manducata os leviter urunt.

Præparata:

Species decocti lignorum.

„ laxantes St. Germain.

Syrupus Sennæ mannatus.

Fructus Juniperi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Fructus Juniperi. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Juniperus. Ph. Fr.: Baie de Genièvre.

Enerbær.

Juniperus communis *L.* **Coniferæ.** Frutex vel arbuscula Norvegiæ.

Galbuli maturi, globosi, pisi magnitudine, carnosi, extus e nigro fusci, subcærulei, carne e subviridi fusca, sapore subdulci, postremo subamaro.

Præparata:
Species amaræ.
„ Juniperi.

Fructus Lupuli.

Ph. N. Ed. I.: Fructus Humuli.

Ph. Svec.
Ph. Brit.: Lupulus. Ph. U. St.: Humulus. Ph. Fr.: Houblon.

Humle.

Humulus Lupulus *L.* **Cannabineæ.** Herba rediviva, indigena et culta.

Strobuli maturi, ovati, levissimi, bracteis laxe imbricatis, membranaceis, venoso-reticulatis, ex viridi luteis vel ex viridi fuscis. Ultra annum ne serventur.

Gelatina alba.

Ph. Svec.
Ph. Germ.: Gelatina. Ph. Fr.: Gélatine animale.

Gelatine.

Paratur ex ossibus in officinis technicis.
Sit pellucida, coloris et odoris pæne expers.

Gelatina Caragheen

loco Gelatinæ Sphærococci Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.

Ph. Germ.: Gelatina Carrageen. Ph. Austr.: Gelatina Caraghecn. Ph. Fr.: Gelée de carragahecn.

Rp. **Caragheen** concisi *partes sex* 6
Aqvæ tantum,
ut coqvendo per horæ qvadrantem fiat colatura, qvæ, solutis in ea
Sacchari albi *partibus octo* 8,
pondus habeat *partium centum* . . . . 100.
Ex tempore paretur.

Gelatina Lichenis Islandici

loco Gelatinæ Cetrariæ elotæ Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Gelatina Lichenis Islandici. Ph. Fr.: Gelée de lichen d'Islande.

Rp. **Lichenis Islandici eloti** concisi *partes sedecim* 16
Aqvæ *partes ducentas* . . . . 200.
Coqvantur tamdiu, ut habeas colaturæ expressæ *partes centum* 100.
Ex tempore paretur.

Glacies.

Ph. Svec.

Is.

Glandulæ Lupuli. Lupulinum.

Ph. Svec.: Glandulæ Lupuli. Ph. Dan.: Glandula Lupuli. Ph. Germ.: Glandulæ Lupuli. Ph. Austr.: Lupulus. Ph. U. St.: Lupulina. Ph. Fr.: Lupulin.

Lupulin.

Glandulæ a **Fructibus Lupuli** recens siccatis ope cribri setacei separatæ.

Pulvis subresinosus, aureus, deinde e luteo fuscus, e glandulis minutis balsamiferis constans, odoris peculiaris, saporis amari.

Serventur in vase bene obturato et a luce remoto neve ultra annum.

Glycerinum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. U. St.: Glycerina. Ph. Fr.: Glycérine. Ceteræ: Glycerinum.

Glycerin.

Liqvor limpidus, syrupi consistentiæ, coloris atqve odoris expers, ad chartam exploratoriam indifferens, in omni proportione aqvæ et spiritus, non in æthere et oleis pingvibus solubilis, ponderis specifici 1,23—1,25.

Ignitus exiguo tantummodo residuo relicto conflagret; ne solutione sulphidi hydrici neve oxalate ammonico præbeat præcipitatum (Cu, Pb, Ca); cum solutione hydratis kalici calefactum ne fuscescat, qvæ mixtura addito sulphate cuprico ne rubescat (saccharum).

Præparata:

Collodium elasticum.
Linctus boracinus.
Massa pilularum Colocynthidum compositarum.
" " de Cynoglosso.
Ungventum Glycerini.

Gummi Arabicum.

Ph. N. Ed. I.: Gummi Acaciarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Gummi Arabicum. Ph. Brit.: Acaciæ gummi. Ph. U. St.: Acacia. Ph. Fr.: Gomme arabique vraie.

Arabisk Gummi.

Plures **Acaciæ** species ut **A. Seyal** *Delile*, **A. Ehrenbergiana & tortilis** *Hayne*. **Mimoseæ.** Arbores vel frutices Arabiæ, Nubiæ, terrarum adjacentium.

Succus e rimis corticis exsudans in aëre induratus.

Frusta magis minusve globosa, coloris expertia vel subflavescentia, semipellucida, odoris et saporis nullius.

Præparata:
Emulsio oleosa.
Mixtura alba.
„ camphorata.
„ camphorata acida.
Mucilago gummi Arabici.

Gummi-resina Ammoniacum. Ammoniacum.

Ph. N. Ed. I.: Gummi-resina Doremæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Gummi-resina Ammoniacum.
Ph. Germ.: Ammoniacum (s. Gummi-resina Ammoniacum). Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Ammoniacum. Ph. Fr.: Gomme Ammoniaque.

Ammoniak-Gummi.

Dorema Ammoniacum *Don.* **Umbelliferæ.** Planta perennis in Persia et in desertis circa lacum Aral indigena.

Succus lacteus e planta florente sponte prodiens, in aëre induratus.

Grana seu lacrymæ vel distinctæ vel leviter inter se conglutinatæ, extus flavæ vel e flavo fuscæ, fractura leviter conchata, lactea, pingviter nitida, frigore duriusculæ, calore mollescentes, saporis amari, nauseosi, odoris gravis.

Rejiciendæ sunt massæ compactæ, fuscæ, qvisqviliis intermixtæ.

Præparata:

Emplastrum	gummi-resinosum	6 : 100
,,	Meliloti	2 : 100.

Gummi-resina Asa foetida. Asa foetida.

Ph. N. Ed. I.: Gummi-resina Ferulæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Gummi-resina Asa foetida.
Ph. Germ.: Asa foetida (seu Gummi-resina Asa foetida).
Ph. Brit. & Ph. U. St.: Assa foetida. Ph. Austr. & Ph. Fr.: Asa foetida.

Dyvelsdræk.

Scorodosma foetidum *Bunge* et **Narthex Asa foetida** *Falconer.* **Umbelliferæ.** Plantæ perennes, illa in Bucharia et parte septentrionali Persiæ, hæc in Persia orientali indigena.

Succus lacteus e radicibus sauciatis effluens, in aëre induratus.

Grana libera vel plus minusve inter se conglutinata, vel massæ irregulares, fractura leviter conchata, pingviter nitida, recenti albida, mox purpurascente, postremum fuscescente, frigore duriusculæ, calore mollescentes, odoris alliacei, saporis subamari.

Rejiciantur massæ subnigræ vel lapidibus aliisqve sordibus mixtæ.

Præparata:

Massa pilularum tonico-nervinarum . . . . . . 1 : 3
Tinctura Asæ foetidæ . . . . 20 : 100.

Gummi-resina Galbanum. Galbanum.

Ph. N. Ed. I.: Gummi-resina Galbani.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Gummi-resina Galbanum.
Ph. Germ.: Galbanum (seu Gummi-resina Galbanum). Ceteræ: Galbanum.

Galbanum.

Ferula erubescens *Boissier.* **Umbelliferæ.** Planta perennis in montosis Persiæ indigena.

Succus lacteus e planta sponte prodiens, in aëre induratus.

Massæ e subviridi vel e subfusco flavidæ, frigore fragiles, calore manus molliores, paullum splendentes, granis vel frustulis albidis vel luteolis sæpe intermixtis; sapore sunt amaro et acri, odore gravi.

Præparatum:

Emplastrum gummi-resinosum.

Gummi-resina Myrrha. Myrrha.

Ph. N. Ed. I.: Gummi-resina Balsamodendri.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Gummi-resina Myrrha.
Ph. Germ.: Myrrha (seu Gummi-resina Myrrha). Ceteræ: Myrrha.

Myrrha.

Balsamodendron Ehrenbergianum *Berg*, fortasse etiam **B. Myrrha** *N. v. Esenb.* **Burseraceæ.** Arbores Arabiæ & Africæ orientalis mediæ.

Succus e cortice exsudatus, in aëre induratus.

Frustula irregularia extus pulverulenta, variæ magnitudinis, interdum subglobosa, colore subflavo aut ex rubenti fusco, fractura ceræ instar nitenti. Myrrha majore ex parte in aqva solutione turbida, e flavo fusca, minore ex parte in spiritu solutione ex rubenti flava solvitur, addito acido nitrico violacea. Adhibeatur Myrrha, qvæ dicitur electa, rejectis frustis coloris obscurioris vel alienæ originis.

Præparata:

Massa pilularum de Cynoglosso	1 : 15
Mixtura Ferri composita	4 : 300
Tinctura Myrrhæ	20 : 100.

Gummi-resina Olibanum. Olibanum.

Ph. N. Ed. I.: Gummi-resina Boswelliæ.
Ph. Svec. & Ph. Dan.: Gummi resina Olibanum.
Ph. Germ.: Olibanum (s. Gummi-resina Olibanum). Ph. Austr.: Olibanum. Ph. Fr.: Oliban.

Virak.

Boswelliæ species nondum satis cognita. Arbor regionum littoralium Africæ orientalis et Arabiæ australis.

Succus e rimis corticis stillans, in aëre induratus.

Grana subglobosa, lacrymæformia, variæ magnitudinis, extus opaca qvasi pulvere inspersa, coloris ex albido luteoli vel subrufi, serius obscurioris, fragilia, fractura ceracea.

Præparatum:

Massa pilularum de Cynoglosso . . . . 2 : 15.

Hepar sulphuris.

Ph. N. Ed. I.: Persulphuretum kalicum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kalium sulfuratum. Ph. Austr.: Kalium sulphuratum pro balneo. Ph. Brit.: Potassa sulphurata. Ph. U. St.: Potassii sulphuretum. Ph. Fr.: Foie de soufre.

Svovlelever.

Sit colore e flavo fusco, postea subviridi, in aqvæ partibus duabus (2) maxima ex parte solubile. Acidis additis gas sulphidi hydrici evolvit et sulphur copiose secernit.

V. Rp. **Sulphuris sublimati** *partem unam* 1
Carbonatis kalici depurati *partes duas* . . 2.

Commixta in olla ferrea operculo prædita et ad trientem solummodo repleta leni igne calefiant, usqve dum massa liqvata tranqville fluat. Tum paullum refrigerata in mortarium ferreum oleo illitum et mox obtegendum effundatur, ut plane refrigescat; qvo facto in frusta contundatur et in vitris optime clausis servetur.

Herba Absinthii.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Herba Absinthii. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Absinthium. Ph. Fr.: Absinthe grande ou Aluyne.

Malurt.

Artemisia Absinthium *L.* **Synanthereæ.** Planta perennis indigena.

Herba florens paniculata, inferioribus foliis canosericeis bi- vel tripinnatifidis, laciniis ultimis spathulatis,

superioribus indivisis, calathiis subglobosis, nutantibus, receptaculo villoso flosculisqve subluteis, parvis instructis, saporis peramari, odoris aromatici, gravis.

A caulibus crassioribus liberata dispensetur.

Præparata:

Emplastrum Meliloti	4 : 100
Species resolventes	20 : 100
Tinctura Absinthii	20 : 100
„ amara	10 : 100.

† Herba Aconiti.

Ph. N. Ed. I.: Folia Aconitorum.

Ph. Dan.

Ph. Brit. & Ph. U. St.: Aconiti folia. Ph. Fr.: Feuilles d'Aconit Napel.

Cfr. Ph. Svec. & Ph. Germ.: Tubera Aconiti. Ph. Austr.: Aconitum (tuber).

Aconit.

Aconitum Napellus *L.* **Ranunculaceæ.** Planta perennis in regionibus montosis Europæ mediæ indigena, apud nos in hortis freqventer culta.

Herba florens, ante florum perfectam evolutionem colligenda.

Folia supra saturate viridia, infra pallidiora, digitato-palmatisecta, inferiora in qvinqve, superiora vulgo in tria bi- vel trilaciniata segmenta divisa, saporis subamari et acris; manducata sensum peculiarem et formicatorium post tempus excitant. Flores sunt irregulares, cærulei, ad inflorescentiam racemosam dispositi.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata viginti qvinqve* 0,25 gram.

Præparata:

Extractum Aconiti.	
Tinctura	10 : 100.

† Herba Conii.

Ph. N. Ed. I.: Folia Conii.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Herba Conii. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Conii folia. Ph. Austr.: Conium. Ph. Fr.: Ciguë officinale ou grande Ciguë.

Skarntyde.

Conium maculatum *L.* **Umbelliferæ.** Planta biennis Europæ, etiam Norvegiæ meridionalis.

Herba ubiqve glabra, caule recenti pruinoso et fusco vel sangvineo-maculato, foliis supra saturate viridibus, infra pallidioribus, tri- vel qvadripinnatifidis, inferioribus fistuloso-petiolatis, laciniis ultimis oblongis, serratis, mucronulatis.

Herba paullo anteqvam florere coepit colligenda et a caulibus validioribus liberanda est.

Servetur caute neve ultra annum.

Dosis maxima: *Centigrammata triginta* . 0,30 gram.

---

† Herba Lobeliæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Herba Lobeliæ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Lobelia. Ph. Fr.: Lobélie enflée.

Lobelia.

Lobelia inflata *L.* **Lobeliaceæ.** Planta annua in America boreali indigena.

Herba florens; in placentis qvadrangulis ad nos advehitur.

Caute servetur.

Præparatum:

Tinctura Lobeliæ . . . . 10 : 100.

Herba Malvæ.

Ph. N. Ed. I.: Folia Malvarum.

Ph. Dan.

Ph. Germ.: Folia Malvæ. Ph. Austr.: Malva. Ph. Fr.: Mauve.

Malva.

Malva sylvestris *L.* **M. rotundifolia** *L.* **M. vulgaris** *Fr.* **Malvaceæ.** Plantæ perennes Europæ.

Folia longe petiolata, subrenata vel rotundo-cordata, utraqve superficie pubescentia, qvinqve- vel septemlobata, sapore mucilagineo. Flores sunt regulares, calyce duplice, exteriore trisepalo et villoso, interiore qvinqvefido; corolla pentapetala, rosea vel alba.

Præparata:

Species demulcentes.

„ emollientes.

Herba Meliloti.

Ph. N. Ed. I.: Herba Melilotorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Herba Meliloti. Ph. Austr.: Melilotus. Ph. Fr.: Mélilot officinal.

Melotenurt.

Melilotus officinalis *Willdenow.* **Papilionaceæ.** Planta biennis in regionibus littoralibus Norvegiæ australis passim indigena.

Rami floriferi, foliis ternatis, foliolis obovato-lanceolatis, in apice subserratis, inflorescentia spicata, corolla papilionacea, parva, lutea, odore peculiari et fragranti.

Præparata:

Emplastrum Meliloti.

Species emollientes.

Ungventum aromaticum.

Herba Melissæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Folia Melissæ.
Ph. Germ.: Folia Melissæ. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Melissa. Ph. Fr.: Mélisse officinal.

Melissa officinalis *L.* var. **citrata** *Bisch.* **Labiatæ.** Planta perennis Europæ meridionalis.

Herba florens, foliis petiolatis, ovoideis vel subcordatis, serratis, nervis pilosis, corollis labiatis; odore grato et citrino, sapore subamaro.

Præparatum:
Species resolventes.

Herba Menthæ piperitæ.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Folia Menthæ piperitæ.
Ph. Germ.: Folia Menthæ piperitæ. Ph. Austr.: Mentha. Ph. U. St.: Mentha piperita. Ph. Fr.: Menthe poivrée.

Pebermynte.

Mentha piperita *L.* **Labiatæ.** Planta perennis Angliæ, in Europa media freqventer culta.

Herba florens, foliis oppositis, petiolatis, oblongis, acutis, argute serratis, subglabris, glandulosis, corollis subregulariter infundibuliformibus, margine qvadripartito; odore fragranti, sapore peculiari et camphoraceo, primum os urente, deinde frigoris sensum relinqvente.

Præparatum:
Species resolventes.

Herba Origani.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.
Ph. Austr. & Ph. U. St.: Origanum. Ph. Fr.: Origane vulgaire.

Vild Merian.

Origanum vulgare *L.* **Labiatæ.** Planta perennis Norvegiæ.

Herba florens, foliis oppositis, ovatis, pilosis, pellucido-punctatis; spicis in corymbum terminalem dispositis, densis; bracteis adpressis qvadrifariam imbricatis, ovatis, in apice violaceis; corollis labiatis, violaceis, odoris fragrantis, saporis subamari.

A caulibus crassioribus liberata dispensetur.

Præparata:

Species resolventes.

Ungventum aromaticum.

Hydrargyrum crudum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Hydrargyrum venale.
Ph. Germ. & Ph. U. St.: Hydrargyrum. Ph. Fr.: Mercure.

Kviksølv.

Metallum liqvidum, mobilissimum, partem qvam minimam metallorum alienorum continens.

Servetur in vase obturato.

Præparata:

Hydrargyrum depuratum.

Ungventum Hydrargyri.

Hydrargyrum depuratum.

Ph. N. Ed. I.: Hydrargyrum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Hydrargyrum.
Ph. Germ.: Hydrargyrum depuratum. Ph. Austr. & Ph. Brit.: Hydrargyrum. Ph. Fr.: Mercure purifié.

Renset Kviksølv.

Metallum liqvidum, mobilissimum, splendens, in acido nitrico plane solubile. Si solutio acidi nitrici ope effecta ad siccum evaporetur et candefiat, vestigium residui vix remaneat.

Servetur in vase obturato.

V. Rp. **Hydrargyri crudi** *partes centum* . . . . 100.
Affunde mixtionem antea paratam
Acidi nitrici 3
Aqvæ 3
singulorum partium trium.

In lagenam immissæ inter qvassationem sæpius repetitam per aliqvot dies seponantur. Hydrargyrum a liqvore innatanti separetur, deinde aqva destillata abluatur et charta bibula prorsus siccetur.

---

† Hydras chloralicus.

$C_2HCl_3O . H_2O$.

Ph. Svec.

Ph. Germ.: Chloralum hydratum crystallisatum. Ph. Brit.: Chloral hydras. Ph. U. St.: Chloral.

Crystalli coloris expertes, aciculares, vel massæ crystallinæ laxe cohærentes, odoris melonacei et paullum pungentis, saporis acris atqve fauces radentis, in aqvæ vel spiritus fere æqvis partibus solubiles; solutiones ad chartam exploratoriam indifferentes præbent. Leni calore liqvefiunt, ebulliunt caloris gradu 95. Solutione hydratis kalici digestæ decomponuntur et chloroformium secernunt.

Solutio aqvosa nitrate argentico ne præcipitatum exhibeat, calefacta nullo residuo relicto conflagret.

Servetur in vasis bene clausis loco obscuro.

Dosis maxima: *Grammata tria* . . . . . 3 gram.

Hydras ferricus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.

Ph. Germ.: Ferrum oxydatum fuscum. Ph. Brit.: Ferri peroxidum hydratum. Ph. U. St.: Ferri oxidum hydratum. Ph. Fr.: Peroxyde de fer hydraté.

Jernoxydhydrat.

Pulvis e rubro fuscus, non in aqva, facile in acido hydrochlorato solubilis.

Solutio guttas nonnullas solutionis hypermanganatis kalici additas ne decoloret (Fe O); si solutione ammoniaci supersaturatur, liqvor a præcipitato inde effecto filtratus ne solutione sulpho-hydratis ammonici turbetur (Cu, Zn) neve evaporatione perfecta residuum relinqvat (salia alkalina), chloreto baryco addito aut ne aut modo exigue turbetur (sulphates). Solutio acidi nitrici ope effecta nitrate argentico ne turbetur (chloreta).

In vase bene clauso servetur.

V. Rp. **Sulphatis ferrosi** *partes decem* . . . . . 10.

Solvantur in mixtione antea parata

Acidi sulphurici concentrati *partium duarum* 2

Aqvæ *partium decem* . . . . 10.

In patina porcellanea capaci calore aqvæ bullientis temperaturam haud superante, usqve dum soluta sint, calefiant; tum sensim et inter agitandum addantur

Acidi nitrici *partes tres* 3

vel tanta copia, ut portiuncula exempta et aqva diluta guttas nonnullas solutionis hypermanganatis kalici additas non jam decoloret. Liqvor ita paratus, refrigeratus et cum aqvæ qvadruplice ponderis sui copia dilutus, sensim in mixtionem

Solutionis Ammoniaci 30

Aqvæ 30

singularum partium triginta

antea paratam inter agitandum infundatur. Si liqvor reactionem acidam præbet, tanta copia solutionis ammoniaci addatur, ut alkaline reagat. Præcipitatum hinc effectum aqva destillata frigida bene abluatur, in colatorium linteum imponatur, tum exprimatur et temperatura ordinaria siccetur.

Hydras kalicus.

KHO.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali causticum fusum. Ph. Austr.: Kalium hydro-oxydatum. Ph. Brit.: Potassa caustica. Ph. U. St.: Potassa. Ph. Fr.: Potasse pure (Potasse à l'alcool).

Ætskali.

Frusta vel bacilli, albi, caustici, fractura crystallina: aëri expositi aqvam et acidum carbonicum ex aëre attrahunt et deliqvescunt; facile in aqva vel spiritu solvuntur. Acidis affusis leviter modo effervescant (carbonates). Solutio acido nitrico supersaturata ne solutione ammoniaci abunde addita præbeat præcipitatum (oxyd. alumin. & ferric.), nitrate argentico vel chloreto baryco addito exiguum modo præcipitatum exhibeat (chloreta, sulphates).

Servetur in vase probe clauso.

Hydratocarbonas magnesicus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Magnesia carbonica. Ph. Austr.: Magnesium carbonicum hydro-oxydatum. Ph. Brit.: Magnesiæ carbonas. Ph. U. St.: Magnesii carbonas. Ph. Fr.: Carbonate de Magnésie. Hydro-carbonate de Magnésie. Magnésie blanche.

Magnesia alba.

Kulsur Magnesia.

Massa facile friabilis vel pulvis albissimus, levissimus, in aqva fere neqvaqvam, in acidis dilutis sub effervescentia acidi carbonici facile solubilis. Aqva, si cum pulvere coqvitur, ne reactionem valde alkalinam præbeat (carbonates alkalini). Solutio acidi nitrici ope effecta ne solutione sulphidi hydrici turbetur neve oxalate ammonico, si, chloreto ammonico prius addito, solutione ammoniaci supersaturetur (Ca). Solutio acido nitrico acidulata nitrate argentico vel chloreto baryco leviter modo turbetur (chloreta & sulphates).

Præparatum:

Pulvis Magnesiæ cum Rheo . . . . 1 : 3.

Hydratocarbonas plumbicus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Cerussa seu Plumbum carbonicum. Ph. Austr.: Plumbum carbonicum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Plumbi carbonas. Ph. Fr.: Carbonate de plomb, Céruse.

Blyhvidt.

Pulvis albissimus, ponderosus vel massa grumosa, haud in aqva, plane in acido acetico et acido nitrico, avolante acido carbonico, solubilis. Solutio, e qva plumbum solutione sulphidi hydrici plane eliminatum est, ne carbonate natrico præcipitatum præbeat (Ba, Ca).

Præparatum:

Ungventum hydratocarbonatis plumbici . . . . . 1 : 3.

† Hypermanganas kalicus.

$KMnO_4$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali hypermanganicum crystallisatum. Ph. Austr.: Kalium hypermanganicum crystallisatum. Ph. Brit.: Potassæ permanganas. Ph. U. St.: Potassii permanganas. Ph. Fr.: Permanganate de potasse.

Overmangansurt Kali.

Crystalli prismaticeæ, ex atropurpureo nigræ, metallice splendentes, in aqvæ partibus sedecim (16) solubiles. Solutio aqvosa est colore purpureo substantiisqve reducentibus decoloratur.

Servetur caute in vitris epistomiis vitreis clausis.

Infusa.

Ph. Germ.: Infusa (1 : 10), Inf. concentrata (1,5—10) & Inf. concentratissima (2 : 10).

Infusa, qvibus nulla formula nominatim præscripta est, eodem modo parentur qvo infusum Sennæ.

Infusum Rhei alkalinum

loco Infusi Rheorum Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan. Cfr. Ph. Svec. (Rp. Rad. Rhei partes 10 et Carbonat. natric. p. 2, ex qvibus parantur infusi p. 100).
Cfr. Ph. Germ. & Ph. Austr.: Tinctura Rhei aqvosa.

Rhabarber-Draaber.

Rp. **Radicis Rhei** in talos minutos concisæ et a pulvere liberatæ *partes viginti qvinqve* 25
Bicarbonatis natrici *partes tres* 3
Aqvæ *partes ducentas* . . . . 200.
Per duodecim horas macerentur.

Liqvor, qvi, expressione levi colatus, erit
partium centum septuaginta 170,
ebulliat; liqvori refrigerato admiseeantur
Aqvæ Cinnamomi spirituosæ *partes triginta* . 30.
Filtretur. Servetur in vitris obturatis loeo frigido.
Limpidum dispensetur.

Præparatum:

Mixtura aperiens . . . . 1 : 2.

Infusum Sennæ.

Ph. N. Ed. I.: Infusum Cassiarum.

Ph. Brit.: Infus. Sennæ (1 : 10, cum rhizomate Zingiberis).
Ph. U. St.: Infus. Sennæ (1 : 16, cum fruct. Coriandri).

Sennesblade-Infus.

Rp. **Foliorum Sennæ** concisorum *partes decem* . . 10.
Affunde
Aqvæ fervidæ tantam copiam,
qvanta, digestione per dimidiam horam peraeta, ad expressam colaturam *partium centum* 100
sufficiat.

Ex tempore paretur.

Infusum Sennæ compositum

loco Decocti Cassiarum compositi Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan. Cfr. Ph. Svec.: Infus. Sennæ compositum (Tartras natrico-kalicus loco Tartratis kalici).
Cfr. Ph. Germ.: Infusum Sennæ compositum (Folior. Sennæ 2 ad infusi partes 15). *Cfr. Ph. Austr.: Infusum laxativum* (circ. 10 : 100).

Rp. **Fructuum Coriandri** eontusorum *partes duas* . 2
„ **Vitis viniferæ apyrenæ** *partes qvinqve* 5
Foliorum Sennæ concisorum *partes decem* . . 10.

Affunde

Aqvæ fervidæ tantam copiam,

qvanta, digestione per horam peracta, ad colaturæ expressæ *partes septuaginta duas* 72

efficiendas sufficiat. Solvantur in his

Mannæ *partes viginti qvinqve* 25

Tartratis kalici *partes tres* . . . . 3.

Liqvori iterum colato addatur

Aqvæ tantum,

ut fiat infusum *partium centum* . . . . 100.

Dispensetur limpidum.

Iodetum kalicum.

KI.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Kalium iodatum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Potassii Iodidum. Ph. Fr.: Iodure de Potassium.

Jodkalium.

Crystalli albæ, cubicæ, subdiaphanæ, in aqvæ partibus tribus qvartis (3/4), in spiritus partibus sex vel septem (6—7) solubiles. Solutiones sunt reactione paullulum alkalina.

Solutio aqvosa solutione sulpho-hydratis ammonici ne turbetur (Zn, Fe), acido sulphurico diluto addito ne effervescat (carbonates) neve amylum coctum cærulefaciat (acid. iodic.). Solutio acido nitrico leviter acidulata ne chloreto baryco præcipitatum præbeat (acid. sulphuric.). Nitras argenticus solutioni salis aqvosæ abunde additus præcipitatum pallide flavum, solutione ammoniaci aut insolubile aut minima ex parte solubile, præbeat, ita ut liqvor ammoniacalis a sedimento filtratus acidi nitrici

abundanti copia addita leviter modo turbetur, non exhibeat præcipitatum (chloreta, brometa).

Servetur in vitro bene obturato.

Præparata:

Solutio superiodeti kalici . . . . 2 : 100

Ungventum iodeti kalici . . . . 10 : 100.

† Iodum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. U. St.: Iodinium. Ph. Fr.: Iode. Ceteræ: Iodum.

Jod.

Tabulæ vel sqvamæ ponderosæ, e griseo nigræ, metallice splendentes, crystallinæ, molles, odore peculiari, in spiritus concentrati partibus decem (10), in aqva minima ex parte solubiles. Æthere, chloroformio, sulphido carbonico facile solvuntur. Ignitæ nullo residuo relicto prorsus avolant.

Servetur caute in vase epistomio vitreo clauso.

Dosis maxima: *Centigrammata qvinqve* . 0,05 gram.

Adhibetur ad præparationem:

Pilularum iodeti ferrosi (iodi gram. 4 ad pilulas 100).

Solutionis iodi spirituosæ . . . . 5 : 100

„ superiodeti kalici . . . . 1 : 100

Syrupi iodeti ferrosi . . . . 82 : 1000.

† Kermes mineralis

loco Pulveris stibici Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Kermes mineralis (e sulphureto stibico et carbonate natrico concoqvendo paratus).

Ph. Germ.: Stibium sulfuratum rubeum. Ph. U. St.: Antimonii Oxysulphuretum. Ph. Fr.: Kermès minéral.

Kermes.

Rp. **Oxydi stibici** *partes decem* 10
Sulphureti stibici amorphi *partes nonaginta* . 90.

Pulverata exactissime commisceantur.

Sit pulvis subtilis, e fusco rufus, in aqva frigida insolubilis. Acido hydrochlorato facile solvatur gase sulphidi hydrici avolante. Solutio acidi tartarici aqvosa decimam ponderis ejus partem (0,1) solvat.

Servetur caute in vase probe clauso.

Nota: Partes duæ (2) continent eandem copiam oxydi stibici ac pars una (1) pulveris stibici Ph. N. Ed. I.

Lactas ferrosus.



$Fe(C_3H_5O_3)_2 \cdot 3H_2O$

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Ferrum lacticum. Ph. U. St.: Ferri Lactas. Ph. Fr.: Lactate de fer.

Melkesurt Jernoxydul.

Crustæ crystallinæ aut pulvis, vel albidus vel e flavescenti viridis, in aqvæ partibus circiter qvinqvaginta (50) solubilis.

Solutio aqvosa, solutione acetatis plumbici addita, ne præcipitatum, vix turbationem levissimam præbeat (acid. sulphuric., hydrochlorat., malic. et tartaric.). Postqvam oxydum ferrosum, addita solutione hydratis natrici, prorsus secretum est, liqvor limpide filtratus, guttis nonnullis solutionis sulphatis cuprici additis, inter bulliendum præcipitatum rubicundum ne exhibeat (saccharum).

Servetur in vase bene clauso.

Lichen Islandicus.

Ph. N. Ed. I.: Cetraria.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Lichen Islandicus. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Cetraria. Ph. Fr.: Lichen d'Islande.

Islandsk Lav.

Cetraria Islandica *Achar.* **(Lichen Islandicus** *L.)* **Lichenes.** In regionibus montosis et silvestribus Norvegiæ indigena.

Thallus erectus, foliaceus, varie laciniatus, margine fimbriatus, canaliculatus, altera superficie fuscus, altera pallidior, siccatus rigidus et fragilis, humectatus mollis, cartilagineo-subcoriaceus, sapore amaro, cum aqva coctus et refrigeratus gelatinam præbens.

Præparatum:
Lichen Islandicus elotus.

Lichen Islandicus elotus.

Ph. N. Ed. I.: Cetraria elota.

Ph. Svec.
Ph. Germ.: Lichen Islandicus ab amaritie liberatus.

Præpareret islandsk Lav.

Rp. **Lichenis Islandici** qvantum vis.

Maceretur per duodecim horas aqva ducentesimam sui partem ($^1/_{200}$) **Carbonatis kalici depurati** continente; liqvore dein defuso lichen aqva frigida bene abluatur et siccetur.

Præparatum:
Gelatina lichenis Islandici . . . . 16 : 100.

Lignum Guajaci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Gayac. Ceteræ: Lignum Guajaci.

Guajactræ.

Guajacum officinale *L.* **Zygophylleæ.** Arbor insularum Indiæ occidentalis.

Duramen trunci, alburno et cortice remoto, ponderosum, resinosum, e subviridi flavum. Calefactum odorem benzoinum spargit.

Præparata:

Species amaræ	25 : 100
„ decocti lignorum	42 : 100.

Lignum Qvassiæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Lignum Qvassiæ. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Qvassia. Ph. Brit.: Qvassiæ lignum (e Picræna excelsa *Lindl.*). *Ph. Fr.: Quassi amer.*

Qvassia.

Qvassia amara *L.* **Simarubeæ.** Frutex arborescens Guyanensis.

Lignum trunci et ramorum crassiorum, albidum, leve, sapore peramaro. Rasuram, qvæ in mercatura prostat, adhibere non licet.

Linctus boracinus

loco Mellis boracini Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Linctus Biboratis natrici (Biborat. natrici 1 & Mell. depur. 9).

Cfr. Ph. Brit.: Mel boracis & Glycerinum boracis. Ph. U. St.: Glyceritum sodii boratis & Mel sodii boratis.

Trøskesaft.

Rp. **Biboratis natrici** pulverati 10
Glycerini 10
singulorum partes decem.
Solutis addantur
Mellis depurati *partes octoginta* . . . . 80.

Linimentum ammoniacato-camphoratum

loco Linimenti ammoniaci camphorati Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. (Solut. ammoniaci 1. Olei camphorati 3). *Ph. Dan.: Lin. ammoniacatum camphoratum* (Olei camphorati 1. Olei Olivar. 2. Solut. ammoniaci 1).

Ph. Germ.: Lin. ammoniato-camphoratum. Ph. Fr.: Liniment ammoniacal camphré.

Hvid Campherolie.

Rp. **Olei camphorati** *partes viginti* 20
„ **Olivarum** 40
Solutionis Ammoniaci 40
singulorum partes qvadraginta.
Misceantur.

Linimentum calcicum.

Ph. N. Ed. I.: Linimentum calcis.

Ph. Svec.

Ph. U. St.: Linimentum calcis. Ph. Fr.: Liniment calcaire.

Kalk-Liniment.

Rp. **Olei Lini** 50
Solutionis hydratis calcici 50
singulorum partes qvinqvaginta.
Agitando misceantur.

Linimentum Opodeldoc

loco Linimenti saponati Ph. N. Ed. 1.

Cfr. Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Linim. saponato-camphoratum.
Ph. Fr.: Baume Opodeldoc.

Opodeldok.

Rp. **Saponis butyracei** siccati et rasi *partes octo* . 8
Camphoræ contusæ *partes duas* . . . . . . 2.
In cucurbitam immissis affundantur
Spiritus concentrati *partes octoginta qvatuor* . 84.
Balneo aqvæ calefiant, donec soluta sint. Solutis addantur
Solutionis Ammoniaci *partes qvatuor* 4
Ætherolei Rosmarini 1
„ **Thymi** 1
singulorum pars una.

In cucurbita apte clausa loco tepido seponantur, ut partes turbantes subsidant. Liqvor limpidus defundatur, residuum turbidum filtretur. In vasis idoneis refrigeretur. Servetur loco frigido.

Sit album, subpellucidum, opalescens; calore manus in liqvorem limpidum liqvescat.

Linteum carptum Anglicum.

Ph. Dan.

Ph. Svec.: Filamenta lintei triti & Linteum carptum Anglicum.

Engelsk Charpi.

---

† Liqvor acidus Halleri

loco Elixir acidi Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Cfr. Ph. Germ.: Mixtura sulphurica acida (Acid. sulphurici conc. 25 %). *Cfr. Ph. Austr.: Liqvor acidus Halleri* (Acid. sulphurici conc. 25 %). *Cfr. Ph. Fr.: Acide sulfurique alcoolisé* (Acid. sulphurici conc. 25 %).

Hallers sure Draaber.

Rp. **Spiritus concentrati** 50
Acidi sulphurici concentrati 50
singulorum partes qvinqvaginta.

Acidum inter qvassationem instilletur, ita ut mixtura non nimis calefiat.

Sit limpidus, coloris expers vel subflavidus; per aliqvod tempus sepositus odorem ætheri similem spargit.

Servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Dosis maxima: *Guttæ decem* (10).

Nota: Partes duæ (2) respondent partibus qvinqve (5) Elixir acidi Ph. N. Ed. I. et partibus qvatuor (4) aliarum pharmacopoearum.

Liqvor antispasticus.

Ph. N. Ed. I.

Krampe-Draaber.

Rp. **Liqvoris succinatis ammonici pyroleosi** . . . 50
Ætheris spirituosi 50
singulorum partes qvinqvaginta.

Misceantur.

†† Liqvor arseniitis kalici. Solutio arsenicalis Fowleri.

Ph. N. Ed. I.: Solutio arseniitis kalici (sine spiritu Lavandulæ).
Ph. Svec. & Ph. Dan.: Liqvor arseniitis kalici.
Ph. Austr.: Solutio arsenicalis Fowleri (1 : 90). *Ph. Germ.: Liqvor Kali arsenicosi* (1 : 90). *Ph. Brit.: Liqvor arsenicalis* (1 : 120). *Ph. U. St.: Liqvor Potassii arsenitis* (circ. 1 : 150). *Ph. Fr.: Solution d'Arsénite de potasse* (1 : 100).

Fowlers Arsenik-Draaber.

Rp. **Acidi arsenicosi** pulverati 1
Carbonatis kalici puri 1
singulorum partem unam
Aqvæ *partes qvinqve* . . . . 5.
Coqvantur, donec omnino solutæ sint.
Solutis addantur
Spiritus Lavandulæ *partes qvinqve* 5
Aqvæ tantum,
qvantum ad liqvoris pondus *partium centum* . . 100
obtinendum sufficiat.
Cautissime servetur.
Dosis maxima: *Guttæ decem* (10).

Liqvor citratis kalici. Julapium salinum.

Ph. N. Ed. I.: Solutio citratis kalici saccharata.

Ph. Svec.: Liqvor citratis kalici. Ph. Dan.: Julapium salinum.
Cfr. Ph. U. St.: Liqvor potassii citratis.

Julapium.

Rp. **Solutionis acidi citrici** *partes viginti* 20

[ex acidi citrici partibus viginti (20) et aqvæ partibus octoginta (80) paratæ]

Solutionis bicarbonatis kalici *partes qvadraginta* 40

[ex bicarbonatis kalici partibus viginti qvinqve (25) et aqvæ partibus centum et septuaginta qvinqve (175) paratæ].

Leniter conqvassando mixtis addantur

Syrupi Sacchari *partes decem* 10

Aqvæ tanta copia,

qvanta ad liqvoris pondus *partium centum* . . . . 100 reqviratur.

Ex tempore paretur.

Partes centum (100) continent partes circiter qvinqve (5) citratis kalici anhydri.

Liqvor ophthalmicus

loco Liqvoris ophthalmici albi Ph. N. Ed. I.

Øienvand.

Rp. **Sulphatis zincici** *partes qvatuor* 4

Aqvæ Rosæ *partes mille* . . . . 1000.

Solutis addantur

Vini Opii crocati *partes decem* . . . . . . 10.

Liqvor pectoralis

loco Elixir pectoralis Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Cfr. Ph. Germ.: Elixir e Succo Liqviritiæ.

Bryst-Draaber.

Rp. **Extracti Glycyrrhizæ depurati** *partes viginti* . 20

Aqvæ Foeniculi *partes sexaginta* . . . . . 60.

Solutis addantur
Spiritus ammoniacati anisati *partes viginti* . 20.
Limpidus dispensetur.

Liqvor succinatis ammonici pyroleosi.

Ph. N. Ed. I.: Solutio succinatis ammonici pyro-oleosi.
Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Liqvor Ammonii succinici. Ph. Fr.: Liqueur de corne de cerf succinée.

Liqvor cornu Cervi succinatus.

Hjortetak-Draaber.

Rp. **Acidi succinici subflavi** *partes decem* 10
Aqvæ calidæ *partes octoginta* . . . . 80.
Solutis addatur
Supercarbonatis ammonici pyroleosi tantum, ut acidum saturetur. Liqvor dein per horas viginti qvatuor in loco temperato seponatur atqve filtretur.

Sit limpidus, recens paratus colore flavo, postea colore paullo obscuriore, odore empyreumatico.

Præparatum:
Liqvor antispasticus . . . . 1 : 2.

Liqvor supercarbonatis ammonici pyroleosi

loco Solutionis sesqvicarbonatis ammonici pyro-oleosi Ph. N. Ed. I. (1 : 10).

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Liqvor Ammonii carbonici pyro-oleosi. Ph. Fr.: Esprit volatile de corne de cerf.

Liqvor cornu Cervi.

Rp. **Supercarbonatis ammonici pyroleosi** *partem unam* 1
Aqvæ *partes sex* . . . . 6.

Solvantur. Per viginti qvatuor horas loco temperato seposita et sæpius agitata filtrentur.

Sit primo limpidus colorisqve expers vel subflavus, postea subfuscus et subturbidus, pondere specifico 1,060 usqve ad 1,065.

Præparatum:
Spiritus antiparalyticus . . . . 16 : 100.

Lycopodium.

Ph. N. Ed. I.: Semina Lycopodiorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Lycopode. Ceteræ: Lycopodium.

Lycopodium.

Lycopodium clavatum *L.* **L. annotinum** *L. &* **L. complanatum** *L.* **Lycopodiaceæ.** Plantæ perennes in silvis Norvegiæ freqventes.

Sporidia.

Sit prorsus siccum, pallide flavum, non adulteratum qvisqviliis vel polline saturate flavo Pinorum aliarumve plantarum, qvi pulvis facilius conglomeratur.

Manna.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Manne. Ceteræ: Manna.

Fraxinus Ornus *L.* **Oleineæ.** Arbor in Europa meridionali indigena et culta.

Succus e truncis vulneratis effluens et aĕre induratus.

1) Frusta plana vel canaliculata, in fractura strata concentrica exhibentia, colore e subflavo albido, sapore dulci, non acri. Dispensetur, si medicus **Mannam canellatam** vel **electam** præscripserit.

2) Massæ irregulares albidæ vel subflavæ, glebulis subfuscis et subviscidis mixtæ, sapore dulci et subacri, qvæ **Manna vulgaris** vel „Gerace" vocantur. Qvæ vocatur Manna pingvis (de Puglia) rejicienda est.

Præparata:

Infusum Sennæ compositum . . . . 25 : 100.
Species laxantes Hamburgenses . . . . . 23 : 100.
Syrupus Sennæ mannatus . . . . 15 : 100.

---

† Massa pilularum Colocynthidum compositarum.

Ph. N. Ed. I.: Massa pilularum Colocynthidis compositarum.

Ph. Svec.: Pilulæ Colocynthidum compositæ (Rp. Flor. Caryophylli gram. 1, Resin. Jalapæ gram. 2, Extract. Colocynthid. composit. gram. 7, Extract. Absinthii q. s. M. f. pilul. 100).

Cfr. Ph. Germ.: Extractum Colocynthidis compositum. Ph. Brit.: Pilula Colocynthidis composita. Cfr. Ph. U. St.: Extractum colocynthidis compositum. Ph. Fr.: Pilules de Coloqvinte composées.

Rp. **Pulpæ Colocynthidum** pulveratæ *partes duodecim* 12
Aloës pulveratæ 24
Scamonii pulverati 24
singulorum partes viginti qvatuor,
Ætherolei Caryophylli *partes qvatuor* 4
Sebi 18
Glycerini 18
singulorum partes duodeviginti.
Triturando bene commisceantur.

Massa pilularum de Cynoglosso.

Ph. N. Ed. I.: Massa pilularum sedantium cum Cynoglosso (Balsamum Styrax liqvidus loco Resinæ Styracis).
Ph. Dan. (Rp. Opii pulv., Radic. Cynogloss., Semin. Hyoscyami, singulor. partes 4, Gummi-resinæ Myrrhæ p. 6, Gummi-resinæ Olibani p. 5, Flor. Caryophyll., Cortic. Cinnamomi Cassiæ, Radic. Althææ, singulor. p. 2).
Ph. Fr.: Pilules de cynoglosse (Pilul. singul. contin. 0,02 gram. Extracti Opii).

H o s t e p u l v e r.

Rp. **Radicis Cynoglossi** pulveratæ *partes qvindecim* 15.
Commisceantur cum
Balsami Styracis liqvidi *partibus tribus* . . . 3
solutis in
Spiritus concentrati *partibus tribus* . . . . . . 3.
Nullo calore adhibito siccatis admisceantur
Opii pulverati 12
Gummi-resinæ Olibani pulverati 12
singulorum partes duodecim,
Gummi-resinæ Myrrhæ pulveratæ *partes duodeviginti* 18
Seminum Hyoscyami 6
Florum Caryophylli 6
Corticis Cinnamomi Ceylanici 6
Stigmatum Croci 6
Castorei Canadensis 6
singulorum pulveratorum *partes sex.*
Pilulæ formantur ope glycerini.

Partes qvindecim (15) continent Opii partes duas (2) et seminum Hyoscyami partem unam (1).

---

† Massa pilularum resinæ Jalapæ.

Ph. N. Ed. I.: Massa pilularum resinæ Ipomœarum.
Ph. Dan.
Ph. Germ.: Sapo jalapinus.

Rp. **Resinæ Jalapæ** 50
Saponis albi oleacei 50
singulorum partes qvinqvaginta.
Pulverata exactissime misceantur.
Dosis maxima: *Centigrammata sexaginta* 0,60 gram.
Præparatum:
Extractum Rhei compositum . . . . 30 : 100.

Massa pilularum tonico-nervinarum.

Ph. N. Ed. I.

Rp. **Sulphatis ferrosi** 1
Gummi-resinæ Asæ foetidæ 1
Extracti Cardui benedicti 1
singulorum partem unam.
Pulverata misceantur.

Mel.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Mel album.
Ph. Austr.: Mel crudum. Ph. Fr.: Miel. Ceteræ: Mel.

H o n n i n g.

Apis mellifica *L.* **Insecta, Hymenoptera.** Materia saccharina e nectariis florum ab apibus collecta et parata.

Adhibeatur optimum, qvod e favis sponte stillat. Videas ne sit acidum, farina aliisve heterogeneis adulteratum.

Præparatum:
Mel depuratum.

Mel depuratum.

Ph. N. Ed. I.: Mel despumatum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ., Ph. Austr. & Ph. Brit.: Mel depuratum.
Ph. U. St.: Mel despumatum. Ph. Fr.: Mellite simple.

Rensct Honning.

Rp. **Mellis** *partes centum* 100
Aqvæ *partes ducentas* . . . . 200.

Mixta et ad caloris gradum fere 90 per horam calefacta per noctem seponantur. Additis dein chartæ bibulæ partibus duabus liqvor bene agitetur, coletur et in balneo aqvæ, ebullitione tamen evitata, evaporetur, ut sit pondere specifico 1,33—1,34.

Præparata:
Linctus boracinus.
Oxymel Scillæ.

Mixtura acida

loco Mixturæ acidæ Ph. N. Ed. I.

(Acid. sulphur. dilut. partes 2 ad mixturæ partes 114.)

Cfr. Ph. Dan.: Mixtura acida sulphurica (Acid. sulph. dil. 3, Syrup. Rubi 22, Aqv. dest. 100).

Sur Mixtur.

Rp. **Acidi sulphurici diluti** *partes duas* 2
Aqvæ *partes octoginta* 80
Syrupi Rubi Idæi *partes duodeviginti* . . . . 18.
Misceantur.

Mixtura alba.

loco Mixturæ albæ Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.

Ph. Brit.: Mixtura cretæ. Ph. U. St.: Mistura cretæ. Ph. Fr.: Décoction blanche de Sydenham.

Hvid Mixtur.

Rp. **Testarum ostrearum præparatarum** 3
Gummi Arabici pulverati 3
singulorum partes tres.
Conterantur cum
Aqvæ *partibus octoginta octo* . . . . 88.
Admisceantur deinde
Syrupi sacchari 3
Aqvæ Cinnamomi spirituosæ 3
singulorum partes tres.
Paretur ex tempore.

Mixtura aperiens.

Ph. N. Ed. I.

Rp. **Infusi Rhei alkalini** *partes tres* 3
Tartratis kalici *partem unam* 1
Aqvæ *partes duas* . . . . 2.
Misceantur.
Ex tempore paretur.

Mixtura camphorata

loco Mixturæ camphoratæ Ph. N. Ed. I.

(Camphoræ pars 1 ad mixturæ partes 125.)

Ph. Dan. (Camphor. 1, Mucilag. Gummi arabici 4, Syrup. Rhoead. 15, Aqv. Sambuci 105).

Campher-Mixtur.

Rp. **Camphoræ** pulveratæ *partem unam* . . . . 1.
Contere cum
Mucilaginis Gummi Arabici *partibus novem* . . 9.
Adde
Syrupi Rubi Idæi *partes decem* 10
Aqvæ *partes octoginta* . . . . 80.
Recens parata dispensetur.

Præparatum:
Mixtura camphorata acida . . . . 99 : 100.

Mixtura camphorata acida.

Ph. N. Ed. I.

Sur Campher-Mixtur.

Rp. **Acidi acetici** *partem unam* 1
Mixturæ camphoratæ *partes nonaginta novem* . 99.
Misceantur.
Ex tempore paretur.

Mixtura Ferri composita.

Ph. N. Ed. I.: Mixtura Balsamodendri ferrata.

Ph. Dan. Cfr. Ph. Svec.: Emulsio Myrrhæ ferrata (Aqva Menthæ piperitæ & Tinctura Lavandulæ aromatica parata).

Ph. Brit.: Mixtura Ferri composita. Ph. U. St.: Mistura Ferri composita.

Griffiths Mixtur.

Rp. **Carbonatis kalici puri** *partes duas* 2
Gummi-resinæ Myrrhæ in frustulis non siccatis *partes qvatuor* 4.
Bene contritis sensim affundantur
Aqvæ *partes centum et qvadraginta qvatuor* . 144.

Emulsioni inde effectæ admisceantur
Sulphatis ferrosi *partes duæ* 2
antea solutæ in mixtura
Aqvæ Rosæ *partium centum viginti octo* . . . 128
Syrupi sacchari *partium viginti* . . . . 20.
Paretur ex tempore.

Moschus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Musc. Ceteræ: Moschus.

M o s k u s.

Moschus moschiferus *L.* **Mammalia, Ruminantia.** Habitat montes Asiæ mediæ.

Massa primum ungvinosa, mox grumosa, ex granis variæ magnitudinis constans, pingviter nitens, colore obscure fusco, secreta et inclusa in folliculo proprio intus membrana tenui et fusca vestito; e folliculo exempta et a membranis pilisqve purgata adhibeatur.

Cave a folliculis adulteratis, qvi, parte Moschi exempta, alia massa repleti sunt. Omnino rejiciatur Moschus Russicus vel Kabardinicus in folliculo massam continens clariorem, odoris multo debilioris et urinæ similis.

In vase bene clauso servetur.

Mucilago Cydoniæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Mucilago Cydoniæ. Ph. Austr.: Mucilago Cydoniorum seminum. Ph. Fr.: Mucilage de coing.

Kvæde-Slim.

Rp. **Seminum Cydoniæ** *partes duas* 2
Aqvæ Rosæ *partes centum* . . . . 100.
Conqvassentur, donec mucilago effecta sit; tum coletur.
Ex tempore paretur.

Mucilago Gummi Arabici.

Ph. N. Ed. I.: Mucilago gummi Acaciarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Mucilago gummi Arabici. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Mucilago Acaciæ. Ph. Fr.: Mucilage de gomme arabique.

Gummi-Slim.

Rp. **Gummi Arabici** *partem unam* 1
Aqvæ *partes duas* . . . . 2.
Fiat solutio, dein coletur.
Sit limpida, coloris fere expers.

Præparata:

Mixtura camphorata.
" " acida.

Mucilago Salep.

Ph. N. Ed. I.: Mucilago Orchidum.

Ph. Svec. loco Mixturæ Saleb (Tuber. Saleb 1, Aqv. 92, Syrup. Papaveris 8). *Ph. Dan.*

Ph. Germ.: Mucilago Salep.

Salep.

Rp. **Tuberum Salep** pulveratorum *partem unam* . . 1
Aqvæ *partes decem* . . . . 10.

Conqvassando bene commixtis addatur
Aqvæ fervidæ tantum,
qvantum sufficiat ad *partes centum* 100
efficiendas.
Conqvassetur, donec refrixerit.
Recens parata dispensetur.

---

† Nitras argenticus.

$Ag\ NO_3$.

Ph. N. Ed. I.: Nitras argenticus fusus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Argentum nitricum fusum. Ph. Brit.: Argenti nitras. Ph. U. St.: Argenti nitras fusa. Ph. Fr.: Nitrate d'argent fondu.

Lapis infernalis.

Salpetersurt Sølvoxyd. Helvedessten.

Bacilli albidi vel subcinerei, in fractura radiati, in aqvæ pondere æqvali, in spiritus partibus decem (10) solubiles, solutiones reactionis neutralis exhibentes. Solutiones solutione ammoniaci abundanti ne præbeant præcipitatum (Pb) neve colore cæruleo tingantur (Cu). Argento acidi hydrochlorati ope secreto, liqvor filtratus evaporatione peracta ne relinqvat residuum (salia alkalina).

Servetur caute in vase clauso et a luce remoto.

Dosis maxima: *Centigrammata tria* . . 0,03 gram.

Præparatum:

Nitras argenticus mitigatus . . . . 50 : 100.

Nitras argenticus mitigatus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Cfr. Ph. Svec.: Nitras argenticus bis mitigatus (Nitrat. argentic. 1, Nitrat. kalic. 2).

Cfr. Ph. Germ. & Ph. Austr.: Argentum nitricum cum Kalio nitrico (1 : 2).

Rp. **Nitratis argentici** 50
„ **kalici** 50
singulorum partes qvinqvaginta.
Colliqvefactæ in formam bacillorum effundantur.
Servetur in vase clauso et a luce remoto.

Nitras kalicus.

K NO_3.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Kali nitricum. Ph. Austr.: Kalium nitricum. Ph. Brit.: Potassæ nitras. Ph. U. St.: Potassii nitras. Ph. Fr.: Nitrate de Potasse, Nitre, Salpêtre.

Nitrum.

Salpeter. (Kali-Salpeter.)

Crystalli coloris expertes, prismaticæ, in aëre persistentes, vel pulvis albus crystallinus, in aqvæ frigidæ partibus tribus (3), fervidæ parte dimidia (1/2) solubiles, solutiones reactionis neutralis exhibentes. Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutionibus sulpho-hydratis ammonici, carbonatis ammonici, phosphatis natrici præbeat præcipitatum (metalla, terræ alkalinæ). Solutio acido nitrico acidulata chloreto baryco ne turbetur (acid. sulphuric.), nitrate argentico turbationem vix levissimam exhibeat (acid. hydrochlorat.).

Præparata:

Nitras argenticus mitigatus . . . . 1 : 2.
Pulvis refrigerans . . . . 1 : 8.

Nitras natricus.

$Na\ NO_3$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.
Ph. Germ.: Natrum nitricum. Ph. Brit.: Sodæ Nitras. Ph. U. St.: Sodii nitras.

Natron-Salpeter.

Crystalli coloris expertes, pellucidæ, rhomboideæ, in aqvæ frigidæ partibus duabus (2), fervidæ parte una (1) solubiles, solutiones reactionis neutralis exhibentes. Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici neve carbonate ammonico neve phosphate natrico turbetur (metalla, terræ alkalinæ). Acidis additis ne effervescat (carbonates). Solutio acido sulphurico diluto acidulata amylum coctum, additis guttis nonnullis solutionis chlori, ne cærulefaciat (iodeta, acid. iodic.). Solutio acido nitrico acidulata ne chloreto baryco exhibeat præcipitatum (sulphates), nitrate argentico vix opalescat (chloreta).

---

†† Nitras strychnicus.

$C_{21}\ H_{22}\ N_2\ O_2.\ H\ NO_3$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Strychninum nitricum.

Salpetersurt Strychnin.

Crystalli albæ, flexibiles, sericeo nitentes, in aqvæ frigidæ partibus sexaginta (60), bullientis partibus tribus (3), in spiritu difficulter, in æthere non solubiles. Chromate kalico et acido sulphurico affusæ colorem e cæruleo violaceum induunt. Acido nitrico superinfuso co-

lore rubro ne tingantur (brucinum); ignitæ nullo residuo relicto conflagrent.

In vitro bene obturato cautissime servetur.

Dosis maxima: *Milligrammata qvinqve* 0,005 gram.

Oleum Amygdalarum.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Amygdalarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum Amygdalarum dulcium. Ph. Brit.: Oleum Amygdalæ. Ph. U. St.: Oleum Amygdalæ expressum. Ph. Fr.: Huile d'amandes douces.

Mandel-Olie.

E **Seminibus Amygdali dulcibus** vel **amaris** expressum.

Sit limpidum, frigore vix spissescens, coloris pallide flavi, odoris expers, saporis mitis, non rancidi.

Præparata:

Ceratum rubrum.

Ungventum cetacei.

Oleum Cacao.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Theobromatum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Oleum Theobromæ. Ph. Fr.: Beurre de Cacao.

Butyrum Cacao.

Cacao-Smør.

E **Seminibus Cacao** decorticatis et leniter tostis expressione vel coctione paratum.

Recens paratum coloris e subflavo albi, postea albidi, saporis mitis, odoris grati, non rancidi, in temperatura consveta consistentiæ sebaceæ, calore 29°—30° calefactum limpide liqvescens, in æthere facile solubile.

Oleum camphoratum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum camphoratum. Ph. U. St.: Linimentum camphoræ. Ph. Fr.: Huile camphrée.

C a m p h e r - O l i e.

Rp. **Camphoræ** contusæ *partes viginti* 20
Olei Olivarum *partes octoginta* . . . . 80.
Digerendo fiat solutio.

Præparatum:
Linimentum ammoniacato-camphoratum . . . . 20 : 100.

Oleum carminativum.

Ph. N. Ed. I.

G r ø n O l i e.

Rp. **Olei Chamomillæ infusi** *partes nonaginta* . . . 90
Ætherolei Menthæ crispæ *partes qvatuor* . . 4
,, ,, **Carvi** 2
,, ,, **Cumini** 2
,, ,, **Foeniculi** 2
singulorum partes duas.
Conqvassando misceantur.

Oleum Chamomillæ infusum.

Ph. N. Ed. I.: Oleum Matricariæ infusum.
Ph. Germ. Ph. Fr.: Huile de Chamomille.

Kamille-Olie.

Rp. **Florum Chamomillæ** concisorum *partes viginti* 20
Spiritus concentrati *partes qvadraginta* . . . 40.
Maceratis per horas duodecim affundantur
Olei Olivarum *partes centum* . . . . 100.

Massa in balneo aqvæ, donec spiritus evaporatus sit, calefiat; dein oleum exprimatur et, ut partes turbantes subsidant, sepositum defundatur et filtretur.

Præparatum:
Oleum carminativum . . . . 90 : 100

† Oleum Crotonis.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Crotonum.
Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Austr.: Oleum Crotonis Tiglii. Ph. U. St.: Oleum Tiglii. Ph. Fr.: Huile de Croton Tiglium. Ceteræ: Oleum Crotonis.

Croton-Olie.

Tiglium officinale *Klotzsch.* **Euphorbiaceæ.** Arbuscula Indiæ orientalis.

Oleum e seminibus expressum, spissiusculum, flavum vel e fusco flavum, primum mite, demum lingvam acerrime urens et pustulas excitans, odore ingrato, in spiritus concentrati partibus circiter qvadraginta (40), facile in æthere solubile.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Gutta una* (1).

Oleum Hyoscyami infusum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Austr.: Oleum Hyoscyami foliorum infusum. Ph. Fr.: Huile de Jusquiame.

Bulmeurt-Olie.

E **Foliis Hyoscyami** uti oleum Chamomillæ infusum paretur.

Præparatum:
Ungventum acetatis plumbici compositum . . . 10 : 100.

Oleum jecoris Aselli.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Gadorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Oleum jecoris Aselli. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Oleum Morrhuæ. Ph. Fr.: Huile de foie de morue.

Tran.

Gadus Morrhua *L.*, **G. Callarias** et **Gadi** aliæ species. **Pisces, Malacopterygii.** In mari septentrionali freqventissimi.

Oleum ex hepate piscium recenti paratum.
Sit omnino limpidum, flavidum, non rancidum.

Oleum Lauri.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Lauri.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr. Ph. Fr.: Huile de fruits de Laurier.

L a u r b æ r - O l i e.

Laurus nobilis *L.* **Laurineæ.** Arbor regionis mediterraneæ.

Expressione fructuum obtentum.

Ungvinosum, granulosum, viride, odore laurino et aromatico.

Præparatum:

Ungventum aromaticum.

Oleum Lini.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Lini.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Huile de Lin. Ceteræ: Oleum Lini.

L i n - O l i e.

E **Seminibus Lini** expressione paratum.

Oleum spissiusculum, limpidum, flavum vel e subfusco flavum, siccescens, in ætheris parte una et dimidia ($1^1/_2$), in spiritus partibus qvinqve (5) solubile.

Præparatum:

Linimentum calcis . . . . 1 : 2.

Oleum Myristicæ.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Myristicæ.

Ph. Svec.

Ph. Germ. & Ph. U. St.: Oleum Myristicæ. Ph. Austr.: Oleum Nucis moschatæ. Ph. Brit.: Oleum Myristicæ expressum. Ph. Fr.: Beurre de muscade.

Balsamum Nucistæ.

M u s k a t b a l s a m.

Myristica fragrans *Houttuyn* (**M. moschata** *Thunberg*).

Myristiceæ. Arbor insularum Moluccensium, qvæ etiam in India orientali colitur.

E seminibus a testa externa liberatis cum ætheroleo mixtum expressione obtinetur.

Solidum, colore aurantiaco, e flavescenti albido aut rubicundo variegato, odore et sapore nucis moschatæ.

Oleum Olivarum.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Oleæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Fr.: Huile d'Olivier. Ceteræ: Oleum Olivæ.

Oliven-Olie.

Olea Europæa *L.* **Oleineæ.** Arbor Europæ meridionalis indigena et culta.

E fructu expressione obtentum.

Sit limpidum, pallide flavum, odoris et saporis fere expers.

Præparata:

Emplastrum Cantharidum ordinarium.
,, Meliloti.
,, Oxydi plumbici.
Emulsio oleosa.
Linimentum ammoniacato-camphoratum.
Oleum camphoratum.
,, Chamomillæ infusum.
,, Hyoscyami ,,
Ungventum acetatis plumbici.
,, basilicum flavum.
,, ,, nigrum.
,, ceræ.

Oleum Palmæ.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Elaid.

Ph. Svec.

Ph. Fr.: Huile de palme.

P a l m e - O l i e.

Elais Guineensis *Jacquin.* **Palmæ.** Arbor Guineæ indigena, in regionibus calidis Americæ culta.

E fructibus vel coctione cum aqva vel expressione paratum.

Sit ungvinosum, coloris aurantiaci, odoris violacei, non rancidi.

Servetur in vase bene clauso et ab lucis accessu remoto loco frigido.

Oleum Ricini.

Ph. N. Ed. I.: Pingvoleum Ricini.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Huile de Ricins. Ceteræ: Oleum Ricini.

A m e r i k a n s k O l i e.

Ricinus communis *L.* **Euphorbiaceæ.** Planta fruticosa Indiæ utriusqve et Africæ meridionalis indigena, in Europa meridionali culta.

E seminibus expressione obtentum.

Sit limpidum, coloris expers aut subflavum, saporis mitis, in æqvali portione spiritus concentrati calore 50° plane solubile. Qvod rancidum est, rejiciatur; frigore ex parte concretum ne dispensetur nisi antea liqvefactum.

† Opium.

Ph. N. Ed. I.

Pharmacopoearum: Opium.

Papaver somniferum *L.* **Papaveraceæ.** Planta annua Orientis indigena et culta.

Succus lacteus e capsulis immaturis vulneratis exsudans, in aëre concrescens.

Placentæ variæ magnitudinis, plerumqve paullum compressæ vel subglobosæ, Papaveris foliis involutæ et Rumicis cujusdam fructibus conspersæ. Recentes sunt molliores, intus pallide fuscæ, e granis vel lacrimis parvis constantes in discissione placentarum conspicuis; exsiccatæ sunt obscuriores, fractura e rubro fusca, odore nauseoso, sapore amaro. In spiritu et in aqva ex parte solvuntur; cum aqva digestæ ne præbeant liqvorem mucilagineum (amylum etc.).

Eligatur Opium, qvod Levanticum vel Turcicum vocatur, neve dispensetur nisi bene siccatum et pulveratum, qvod Morphini partes circiter decem (10) in partibus centum (100) continet.

Hoc ita dignosci potest:

Opii calore graduum 100 siccati et pulverati grammata decem (10) cum mixtione aqvæ grammatum centum et qvinqvaginta (150) et acidi hydrochlorati grammatum decem (10) per horas duodecim macerentur. Qvæ non soluta sint, in filtrum siccatum et ponderatum ingerantur, aqva destillata eluantur, calore graduum 100 siccentur. Pondus residui insoluti grammata qvatuor et dimidium (4,5) ne excedat. Solutioni acidi hydrochlorati ope effectæ addantur grammata viginti (20) chloreti natrici, qvibus solutis per horas viginti qvatuor seponatur. Tum liqvor filtretur, et præcipitatum inde effectum solutione saturata chloreti natrici in filtro eluatur. Liqvori filtrato addatur tanta solutionis ammoniaci copia, ut odorem leviter ammoniacalem spargat, dein per horas viginti qvatuor loco frigido seponatur. Crystalli, qvæ secretæ erunt, colligantur et acido acetico diluto solvantur. Solutio filtretur, filtrum aqva destillata eluatur. Liqvor filtratus, si pondus grammata octoginta (80) excedit, ad hoc pondus evaporetur, qvo facto solutione ammoniaci supersaturetur et per horas viginti qvatuor seponatur. Dein crystalli Morphini, qvæ secretæ erunt, in filtrum siccatum et ponderatum imponantur, qvam minima

copia aqvæ destillatæ eluantur, calore graduum 100 siccentur. Ne sit pondus earum minus qvam unum gramma (1 gram.).

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata qvindecim* 0,15 gram.

Præparata:

Opium depuratum.		
Liqvor ophthalmicus	circiter 1 :	1000.
Massa pilularum de Cynoglosso	2 :	15.
Pulvis Ipecacuanhæ opiatus	10 :	100.
Syrupus opiatus	1 :	1000.
Tinctura Opii	10 :	100.
„ „ benzoica	5 :	1000.
Vinum Opii	10 :	100.
„ „ crocatum	10 :	100.

---

† Opium depuratum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.

Ph. Fr.: Extrait d'opium. Ceteræ: Extractum Opii.

Rp. **Opii** pulverati *partem unam* 1

Aqvæ *partes decem* . . . . 10.

Per viginti qvatuor horas sæpius agitando macerata prelo exprimantur. Residuis partibus affundantur

Aqvæ *partes qvinqve* . . . . 5.

Per horas viginti qvatuor iterum macerata exprimantur. Liqvores commixti et, ut partes turbantes subsidant, sepositi a sedimento defundantur, filtrentur, balneo aqvæ exsiccentur.

In aqva turbide solvatur.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata decem* . 0,10 gram.

Oxydum calcicum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Calcaria usta. Ph. Austr.: Calcium oxydatum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Calx. Ph. Fr.: Chaux vive.

Calx viva.

Brændt Kalk.

Massæ albæ vel e cano albæ; dimidia fere ponderis sui parte aqvæ inspersæ incalescunt et in pulverem siccum dilabuntur; aëri expositæ aqvam et acidum carbonicum assumunt.

Servetur in vase bene clauso.

Præparatum:
Solutio hydratis calcici.

---

†† Oxydum hydrargyricum.

HgO.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Oxydum hydrargyricum & Oxyd. hydrarg. præcipitatum. Ph. Dan.
Ph. Germ.: Hydrargyrum oxydatum rubrum & Hydrarg. oxydat. via humida paratum. Ph. Austr.: Hydrargyrum oxydatum flavum. Ph. Brit.: & Ph. U. St.: Hydrargyri oxidum flavum & Hydrarg. oxid. rubrum. Ph. Fr.: Oxyde rouge de Mercure.

Kviksølvoxyd.

1. Via sicca paratum.

Sit pulvis subtilissimus, ponderosus, e flavescenti ruber, in aqva vix, in acido hydrochlorato vel acido nitrico plane solubilis. Ignitus prorsus avolet nullo re-

siduo relicto; vapores rubros ne evolvat (acid. nitric.). Solutione acidi oxalici ne mutetur (oxydum hydrargyricum præcipitatum).

2. Via humida paratum.

Sit pulvis subtilissimus, ponderosus, pallide flavus, in acido hydrochlorato vel acido nitrico plane solubilis. Solutione acidi oxalici addita in oxalatem hydrargyricum transfertur album colorem assumens. Ignitus plane avolat nullo residuo relicto.

Servetur caute et a luce remotum.

Oxydum hydrargyricum via sicca paratum dispensetur, nisi oxydum hydrargyricum via humida paratum (præcipitatum) expresse præscriptum est.

Præparatum:

Ungventum oxydi hydrargyrici . . . . 5 : 100

Oxydum magnesicum leve.

Mg O.

Ph. N. Ed. I.: Oxydum magnesicum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Magnesia usta. Ph. Austr.: Magnesium oxydatum. Ph. Brit.: Magnesia levis. Ph. U. St.: Magnesia. Ph. Fr.: Magnésie calcinée.

Magnesia usta.

L e t, b r æ n d t M a g n e s i a.

Pulvis albus, levissimus, haud in aqva, facile in acidis solubilis. Acidis dilutis aut ne aut leviter modo effervescat (carbonates). Solutio acidulata solutione sulphidi hydrici ne turbetur (metalla). Solutio acido nitrico acidulata nitrate argentico vel chloreto baryco aut nullam aut levem modo turbationem exhibeat (chloreta, sulphates).

V. **Hydratocarbonas magnesicus** in crucibulo capaciore non vitreato, qvod leviter modo obtegendum est, calefiat, donec acidum carbonicum et aqva omnino fugata sint. Hoc ita dignoscitur, si portiuncula massæ mediæ exempta et aqva superinfusa acido sulphurico diluto addito sine effervescentia solvitur.

Dispensetur, nisi Oxydum magnesicum ponderosum expresse præscriptum est.

Oxydum magnesicum ponderosum.

Mg O.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Brit.: Magnesia.

T u n g, b r æ n d t M a g n e s i a.

Pulvis albus ponderosior, haud in aqva, facile in acidis solubilis. Ad reagentia uti oxydum magnesicum leve sese habeat.

Servetur in vase probe clauso.

V. Rp. **Sulphatis magnesici** *partes sex* 6
Aqvæ destillatæ frigidæ *partes duodeviginti* 18.
Solutis addatur mixtio e
Carbonatis natrici *partibus septem* 7
et **Aqvæ destillatæ** frigidæ *partibus viginti una* 21
parata. Mixtio per dies aliqvot loco frigidulo seponatur, donec præcipitatum primo ortum gelatinosum in pulverem crystallinum conversum sit, qvod, liqvore defuso, aqva destillata frigida bene eluatur, in pannum linteum expansum imponatur, tum exprimatur et temperatura ordinaria siccetur.

Carbonas magnesicus ita paratus in crucibulo non vitreato et leviter modo obtegendo tamdiu calefiat, donec portiuncula exempta acidis dilutis non effervescat.

† Oxydum plumbicum.

PbO.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Austr.: Plumbum oxydatum. Ph. Germ.: Lithargyrum (seu Plumbum oxydatum). Ph. Brit. & Ph. U. St.: Plumbi oxidum. Ph. Fr.: Oxyde de plomb fondu, Litharge.

Lithargyrum.

B l y o x y d.

Sqvamæ e rubro flavæ, crystallinæ, vel pulvis e rubro flavus, ponderosus. In acido nitrico aqva diluto aut nullo aut exiguo modo residuo relicto solvatur (minium), paullulum modo effervescat (carbonates). Si solutio acido nitrico acidulata solutione ammoniaci supersaturatur, liqvor, qvi præcipitato inde effecto albo innatat, colorem aut nullum aut leviter tantummodo cærulescentem induat (Cu).

In vase clauso caute servetur.

Præparata:

Emplastrum oxydi plumbici.
Solutio subacetatis plumbici.
" " " diluta.

† Oxydum stibicum.

Sb_2O_3.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.

Ph. Brit. & Ph. U. St.: Antimonii oxidum. Ph. Fr.: Oxyde d'antimoine par précipitation.

A n t i m o n o x y d.

Pulvis albus vel e flavescenti albidus, haud in

aqva, in solutione hydratis kalici vel acido hydrochlorato vel solutione acidi tartarici facile solubilis.

Si cum carbonate natrico sicco et cyaneto kalico sicco in tubo vitreo angusto igniveris, speculum metallicum volatile in tubi parte refrigerata ne oriatur (As). Solutio acido hydrochlorato acidulata solutione sulphidi hydrici abunde addita præcipitatum aurantiacum in solutione sulpho-hydratis ammonici prorsus solubile exhibeat (præcipitatum insolubile præsentiam plumbi vel cupri indicat). Si oxydum stibicum cum solutione carbonatis natrici digeritur, liqvor inde filtratus et acido nitrico abundanti acidulatus ne nitrate argentico neve chloreto baryco turbetur (chloreta, sulphates).

Caute servetur.

V. **Sulphuretum stibicum crystallisatum** et subtiliter pulveratum cum **Acido hydrochlorato crudo** in patina porcellanea capaci concoqvatur, donec sulphidum hydricum prorsus fugatum sit. Solutio ita effecta et per aliqvod tempus seposita filtretur et in patina porcellanea aut sub divo aut sub fumariolo vapores avide attrahente evaporetur, donec portiuncula exempta refrigeratione obrigescat. Crystalli chloreti plumbici evaporatione forte exortæ removeantur. Massæ ita effectæ limpidæ pars una (1) in aqvæ calidæ partes qvadraginta (40) inter agitandum infundatur. Sedimentum inde ortum decanthando elutum et aqvæ destillatæ sufficienti copia addita in pultem tenuem conversum tanta **Carbonatis natrici** copia digeratur, ut liqvor sit reactionis leviter alkalinæ neqve amplius evolvatur acidum carbonicum. Præcipitatum dein primum decanthando, tum impositum in linteum expansum exprimendo prorsus eluatur et leni calore adhibito siccetur.

Præparatum:

Kermes mineralis . . . . 10 : 100

Oxydum zincicum.

ZnO.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Zincum oxydatum purum. Ph. Austr.: Zincum oxydatum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Zinci oxidum. Ph. Fr.: Oxide de Zinc par voie humide.

Zinkoxyd.

Ex hydratocarbonate zincico calefactione paratum.

Pulvis albus, ignitus flavescens, refrigeratus rursus albescens, haud in aqva, in acidis dilutis facile solubilis.

Ne effervescat acidis affusis (carbonates). Solutio acido hydrochlorato acidulata solutione sulphidi hydrici ne turbetur (Cu), alkalina præcipitatum album non coloratum præbeat (Mn, Fe). Si solutionem acidi hydrochlorati ope effectam solutione carbonatis ammonici supersaturaveris, præcipitatum inde ortum liqvore præcipitanti abunde superinfuso solvatur (Ca).

Si cum aqva digeratur, liqvor filtratus et acido nitrico acidulatus ne nitrate argentico neve chloreto baryco præcipitatum exhibeat (chloreta, sulphates) neve evaporatus residuum relinqvat (salia alkalina).

Servetur in vitro bene clauso.

V. Rp. **Carbonatis natrici** *partes undecim* 11
Aqvæ destillatæ *partes centum* . . . . . 100.

Solutis et ad ebullitionem calefactis inter agitandum addantur

Sulphatis zincici *partes decem* 10
in **Aqvæ destillatæ** *partibus centum* 100

solutæ. Quum mixtio per aliqvod tempus seposita fuerit, præcipitatum inde ortum primum decanthando qvam optime eluatur, tum in sacculum linteum impositum aqva destillata plane eluatur et siccetur. Hydratocarbonas zincicus ita

paratus in crucibulo leviter tecto igne non nimis forti calefiat, donec portiuncula exempta acidis dilutis additis non jam effervescat.

Præparatum:

Ungventum oxydi zincici . . . . 1 : 10.

Oxymel Scillæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr. Ph. Fr.: Oxymel scillitique.

Strandløg-Honning.

Rp. **Aceti Scillæ** *partem unam* 1
Mellis depurati *partes tres* . . . . 3.
In balneo aqvæ evaporentur, donec remaneant *partes tres* 3.
Loco frigido servetur.

Petala Rosæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Petala Rosæ centifoliæ & Petala Rosæ Gallicæ. Ph. Dan.: Flores Rosæ centifoliæ & Flores Rosæ Gallicæ.
Ph. Germ.: Flores Rosæ. Ph. Austr.: Rosa. Ph. Brit.: Rosæ centifoliæ petala & Rosæ Gallicæ petala. Ph. U. St.: Rosa centifolia & Rosa Gallica. Ph. Fr.: Rose à cent feuilles (Rose pâle), Rose rouge ou de Provins.

Rosenblade.

Rosa centifolia *L.* **Rosaceæ.** Frutex Orientis in Europa hortensis.

Petala pallide rubentia, odore gratissimo, sapore

subadstringenti. Colligantur plane evoluta; recentia cum æqvo pondere chloreti natrici condiantur.

† Phosphorus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Phosphore. Ceteræ: Phosphorus.

P h o s p h o r.

Bacilli vel massæ, coloris expertes vel subflavidæ, diaphanæ, sub aqva per aliqvod tempus servatæ superficie albescenti; aëri expositæ fumos odore alliaceo spargunt et facile accenduntur. Sub aqva ad caloris gradum qvadragesimum qvartum (44°) calefactæ in liqvorem qvasi oleaceum liqvescunt; in aqva non solvuntur, in spiritu vel æthere parva ex parte, paullo magis in oleis vel ætheroleis, facilius in sulphido carbonico. Continent plerumqve sulphuris vel arsenii vestigia.

Servetur sub aqva in vitro bene clauso et capsula e ferro laminato parata incluso.

Dosis maxima: *Centigramma unum* . . 0,01 gram.

Pilulæ iodeti ferrosi.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Brit. & Ph. U. St.: Pilulæ Ferri iodidi. Ph. Fr.: Pilules de protoiodure de fer.

Pilulæ Blancardi.

J o d j e r n - P i l l e r.

Rp.	**Iodi** *grammata qvatuor*	gram.	4,00
	Ferri pulverati *grammata duo* . . .	„	2,00
	Aqvæ *grammata qvatuor*	„	4,00.

Ingestis in mortarium porcellaneum et, donec color fuscus evanuerit, agitatis admisceantur

Sacchari albi pulverati *grammata qvatuor* gram. 4,00
Radicis Althææ pulveratæ *grammata duo* „ 2,00
„ **Glycyrrhizæ** pulveratæ qvantitas sufficiens.

Formentur hinc pilulæ centum (100).

Ferro reducto conspergantur et solutione concentrata et ætherea balsami Tolutani irrorentur. Siccentur loco tepido.

Continent singulæ pilulæ iodeti ferrosi qvinqve centigrammata (0,05 gram.)

Pix Pini.

Ph. N. Ed. I.: Pix Pinorum solida.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Pix navalis. Ph. Fr.: Poix noire.

B e g.

Resina empyreumatica evaporatione **Pyrolei Pini** residua.

Nigra, opaca, in frigore fragilis, in calore lenta, in spiritu solubilis, odore pyroleo Pini simili.

Præparatum:

Charta antirheumatica.

Ungventum basilicum nigrum.

Pulpa Colocynthidum.

Ph. N. Ed. I.: Pulpa Colocynthidis.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Fructus Colocynthidis.

Ph. Germ.: Fructus Colocynthidis. Ph. Brit.: Colocynthidis pulpa. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Colocynthis. Ph. Fr.: Coloquinte.

Colokvinter.

Citrullus Colocynthis *Schrader* (**Cucumis Colocynthis** *L.).* **Cucurbitaceæ.** Planta annua regionis mediterraneæ orientalis.

Baccæ decorticatæ, globosæ, pomi fere magnitudine, carne levissima, spongiosa, albida, plurimis seminibus parietalibus.

Adhibeatur pulpa a seminibus liberata.

Dosis maxima: *Centigrammata viginti* . 0,20 gram.

Præparata:

Massa pilularum Colocynthidum compositarum .	12 : 100.
Tinctura Colocynthidum composita	10 : 100.

Pulpa Tamarindorum cruda.

Ph. N. Ed. I.: Fructus Tamarindi.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Fructus Tamarindi crudus.
Ph. Germ.: Pulpa Tamarindorum cruda. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Tamarindus. Ph. Fr.: Tamarins.

Tamarinder.

Tamarindus Indica *L.* **Cæsalpinieæ.** Arbor Indiæ orientalis et Ægypti indigena.

Pulpa e lomentis deprompta, seminibus fibrisque sæpius intermixta. Adhibeatur pulpa e fusco nigra, tenax, orientalis; rejiciantur et nigra, dura, qvæ dicitur Ægyptiaca, et occidentalis, mollis, fusca, sæpe fermentata.

Præparatum:

Pulpa Tamarindorum depurata.

Pulpa Tamarindorum depurata.

Ph. N. Ed. I.: Pulpa Tamarindi.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Pulpa Tamarindi.

Ph. Germ.: Pulpa Tamarindorum depurata. Ph. Austr. & Ph. Brit.: Tamarindus. Ph. Fr.: Pulpe de Tamarins.

Rensede Tamarinder.

Pulpæ Tamarindorum crudæ tanta affundatur aqvæ fervidæ copia, qvanta sæpius agitando ad massam æqvabilem et mollem formandam reqviratur. Spathulæ ope per cribrum setaceum trajecta in vase porcellaneo vel alio vase idoneo ad syrupi spissioris consistentiam evaporetur.

Hujus massæ *partibus tribus* 3

Sacchari albi pulverati *pars una* 1

admisceatur, qvo facto mixtio evaporetur, donec massa consistentiæ pultaceæ parata sit.

Servetur in vase vitreo vel porcellaneo loco frigido et sicco.

Ferrum politum in massam immissum cupro ne inducatur

Præparatum:

Electuarium aperiens . . . . 4 : 15.

Pulvis ad fumigationes Chlori.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Species pro vaporibus Chlori. Ph. Dan.: Pulvis pro vaporibus Chlori.

Ph. Germ.: Fumigatio Chlori. Ph. Fr.: Fumigation Guytonienne. Fumigation de Chlore.

Pulver til Chlorrøgning.

Rp. **Superoxydi manganici** nativi pulverati *partes qvinqve* 5

Chloreti natrici venalis *partes decem* 10

Bene misceantur.

Grammata qvindecim (15 gram.), affusa æqvali copia mixtionis ex acidi sulphurici crudi et aqvæ partibus æqvalibus paratæ, ad spatium circiter 30 metrorum cubicorum fumigandum sufficiunt.

Pulvis effervescens.

Ph. N. Ed. I.: Pulvis aërophorus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Pulvis aërophorus Anglicus. Ph. Austr.: Pulvis aërophorus. Ph. U. St.: Pulveres effervescentes. Ph. Fr.: Poudre gazogène alcaline.

B r u s e - P u l v e r.

Rp. **Bicarbonatis natrici** pulverati
grammata duo 2,00 gram.
Dentur in charta cærulea.
Rp. **Acidi tartarici** pulverati
gramma unum et dimidium 1,50 gram.
Detur in charta alba.
Ambo simul dispensanda sunt et dosin unam efficiunt.

Pulvis effervescens compositus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Pulvis aërophorus laxans. Ph. Austr.: Pulvis aërophorus Seidlitzensis. Cfr. Ph. U. St.: Pulveres effervescentes aperientes. Ph. Fr.: Poudre gazogène laxative.

A f f ø r e n d e B r u s e - P u l v e r.

Rp. **Tartratis natrico-kalici** pulverati
grammata octo 8,00 gram.
Bicarbonatis natrici pulverati
grammata duo 2,00 gram.
Mixta in charta cærulea dentur.

Rp. **Acidi tartarici** pulverati
gramma unum et dimidium 1,50 gram.
Detur in charta alba.
Ambo simul dispensanda sunt et dosin unam efficiunt.

Pulvis Ipecacuanhæ opiatus vel Thebaicus.

Ph. N. Ed. I.: Pulvis Cephaëlidis opiatus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Pulvis Ipecacuanhæ Thebaicus.
Ph. Germ.: Pulv. Ipecacuanhæ opiatus (Opii 10 %). *Ph. Austr.: Pulvis Doveri* (Opii 10 %). *Ph. Brit. & Ph. U. St.: Pulv. Ipecacuanhæ compositus* (Opii 10 %). *Ph. Fr.: Poudre d'ipécacuanha opiacée (Poudre de Dower)* (Extract. Opii 9 %).

Pulvis Doveri.

Dovers Pulver.

Rp. **Radicis Ipecacuanhæ** 10
Opii 10
singulorum partes decem,
Sulphatis kalici *partes octoginta* . . . . . . 80.
Scorsum pulverata misceantur.

Pulvis Magnesiæ cum Rheo.

Ph. N. Ed. I.: Pulvis Magnesiæ compositus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Pulvis Magnesiæ cum Rheo. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Pulvis Rhei compositus.

Barnepulver.

Rp. **Hydratocarbonatis magnesici** 1

Elæosacchari Foeniculi 1
Radicis Rhei 1
singulorum pulveratorum *partem unam.*
Misceantur.

Pulvis refrigerans.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.
Cfr. Ph. Germ.: Pulvis temperans.

Kjølende Pulver.

Rp. **Elæosacchari Citri** 1
Nitratis kalici 1
singulorum partem unam,
Bitartratis kalici *partes sex* . . . . 6.
Pulverata misceantur.

Pyroleum animale rectificatum.

Ph. N. Ed. I.: Oleum animale rectificatum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Pyroleum animale.
Ph. Germ.: Oleum animale æthereum. Ph. Fr.: Huile volatile de corne de cerf.

Ex **Pyroleo animali** crudo ad similem normam atqve ætheroleum Terebinthinæ rectificatum destillando paratum.

Sit limpidum, coloris expers vel subflavum, reactionis alkalinæ.

Loco obscuro servetur.

Præparatum:
Supercarbonas ammonicus pyroleosus.

Pyroleum Oxycedri. Oleum cadinum.

Ph. Svec.: Pyroleum Oxycedri. Ph. Dan.: Pyroleum Juniperi. Ph. Germ.: Oleum Juniperi empyreumaticum. Ph. Austr.: Oleum cadinum. Ph. Fr.: Huile de Cade.

Empyreumatisk Enebærolie.

Juniperus Oxycedrus *L.* **Coniferæ.** Frutex Europæ meridionalis.

E ligno destillatione sicca paratum.

Sit spissiusculum, obscure fuscum, odoris simul juniperini et empyreumatici.

Pyroleum Petræ.

Ph. N. Ed. I.: Petroleum album.

Ph. Svec.: Pyroleum petræum. Ph. Dan.: Pyroleum Petræ. Ph. Germ.: Oleum Petræ Italicum. Ph. Austr.: Petroleum rectificatum.

Stenolie.

Liqvor tenuis, limpidus, iridescens, coloris expers vel subflavus aut subruber, odoris proprii bituminosi, ponderis specifici 0,75—0,85, ex Asia et Italia advectus.

Cum æqvo volumine acidi sulphurici concentrati conqvassatus ne incalescat neve post qvietem colore obscuriore imbutus appareat.

Cave, ne cum petroleo Americano vel ejus destillatis aut residuis confundas.

In lagenis bene clausis loco frigido servetur.

Pyroleum Pini. Pix liqvida.

Ph. N. Ed. I.: Pix Pinorum liqvida.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Pyroleum Pini.
Ph. Germ.: Pix liqvida (seu Resina empyreumatica liqvida). Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Pix liqvida. Ph. Fr.: Goudron végétal.

Tjære.

E ligno **Pini** specierum sicca per descensum destillatione paratum.

Spissum, obscure fuscum, odoris empyreumatici, reactionis acidæ.

Præparata:

Aqva pyrolei Pini.
Charta antirheumatica.
Ungventum Sulphuris compositum.

Pyroleum Succini rectificatum.

Ph. N. Ed. I.: Oleum Succini rectificatum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Pyroleum Succini.
Ph. Fr.: Huile volatile de Succin. Ceteræ: Oleum Succini rectificatum.

Renset Ravolie.

E **Pyroleo Succini** crudo eadem ratione atqve ætheroleum Terebinthinæ rectificatum destillando parari potest.

Sit limpidum, coloris expers vel subflavum, reactionis neutrius vel subacidæ; in spiritus partibus duodecim (12) solubile. Qvod spissum et fuscum factum est, rejiciatur.

Servetur loco obscuro.

Præparata:

Spiritus antiparalyticus.
Tinctura balsamica aromatica.

Radix Alkannæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Fr.: Orcanette.

Alkanna-Rod.

Alkanna tinctoria *Tausch.* **(Anchusa tinctoria** *L.).* **Asperifoliæ.** Planta perennis Europæ australis et Asiæ minoris.

Radix cortice lamelloso, atropurpureo tecta; qvæ cortice denudata est, rejiciatur.

Adhibetur ad præparationem:

Cerati rubri,

Tincturæ balsamicæ aromaticæ,

„ Digitalis rubræ.

Radix Althææ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Radix Althææ. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Althæa. Ph. Fr.: Guimauve.

Althæa-Rod.

Althæa officinalis *L.* **Malvaceæ.** Planta radice perenni Europæ mediæ et australis indigena et culta.

Radices secundariæ a cortice exteriore liberatæ, albæ vel subalbæ, structura fibrosa, sapore subdulci et mucilaginoso.

Præparata:

Pilulæ iodeti ferrosi.

Species demulcentes.

„ emollientes.

„ pectorales.

Syrupus Althææ.

Radix Angelicæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Archangelicæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Austr.: Angelica. Ph. Fr.: Angélique officinale.

Angelika-Rod. Kvanne-Rod.

Archangelica officinalis *Hoffm.* **Umbelliferæ.** Planta biennis vel perennis, in regionibus montosis Germaniæ mediæ spontanea et plerumqve culta.

Radices longæ, molles, sulcatæ, e capite crasso subspongioso supra dense orientes, cortice crassiusculo, extus e cano fusco, intus albo et freqventibus receptaculis balsamiferis flavis instructo, ligno subflavo et radiato. Radix manducata os urit, odore est acri, sapore initio subdulci, deinde amaro et forti.

Radicem **Archangelicæ officinalis** *Fries*, plantæ in alpibus Norvegiæ freqventis, etiam adhibere licet.

Servetur in vase bene clauso.

Radix Artemisiæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Radix Artemisiæ. Ph. Fr.: Racine d'Armoise.

Artemisia-Rod.

Artemisia vulgaris *L.* **Synanthereæ.** Herba radice perenni in Norvegia freqvens.

Fibrillæ radicis, longiusculæ, flexibiles, ramosæ, sulcatæ, extus pallide fuscæ, intus albæ, e rhizomate cylindrico lignoso undiqve orientes.

Vere vel autumno colligendæ, sine lotione mundatæ

celeriter siccandæ, in vase probe clauso nec ultra annum servandæ. In pulvere parando lignum centrale rejiciatur.

Radix Bardanæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Lapparum.

Ph. Dan.
Ph. Germ.: Radix Bardanæ. Ph. U. St.: Lappa. Ph. Fr.: Bardane.

Borre-Rod.

Lappa major *Gærtn.*, **L. minor** *De Cand.*, **L. tomentosa** *Lamarck.* (**Arctium Lappa** *L.* cum varietatibus). **Synanthereæ.** Plantæ biennes Europæ.

Radix longa, digitum fere crassa, extus rugosa, e cano fusca, intus pallidior, cortice crassiusculo, intus foraminibus qvasi albo-tomentosis sæpe trajecto, ligno radiato, medulla tenui et nivea, saporis mucilaginosi, initio subdulcis, mox subamari. Prostat plerumqve per longitudinem dissecta.

Præparatum:

Species decocti lignorum . . . . 20 : 100.

Radix Columbo.

Ph. N. Ed. I.: Radix Cocculi.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Brit.: Calumbæ radix. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Calumba. Ph. Fr.: Colombo.

Columbo-Rod.

Cocculus palmatus *Wallich.* **Menispermaceæ.** Herba

scandens, radice perenni, in Africa meridionali spontanea, in India orientali culta.

Radix mucilaginosa, saporis amari, coloris e subviridi vel e subfusco flavi, in segmenta transversa suborbicularia dissecta.

Radix Cynoglossi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.
Ph. Fr.: Cynoglosse.

Cynoglos-Rod.

Cynoglossum officinale *L.* **Asperifoliæ.** Planta biennis Norvegiæ.

Radix longa, cylindrica, carnosa, extus fusca, intus alba, ligno stellato, supra medulla spongiosa. Prostat sæpius dissecta, segmento sordido et e flavo fusco. Recens est odoris narcotici, siccata pæne nullius, saporis mucilaginosi et subdulcis.

Præparatum:

Massa pilularum de Cynoglosso . . . . 1 : 6.

Radix Gentianæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Radix Gentianæ. Ph. Brit.: Gentianæ radix. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Gentiana. Ph. Fr.: Gentiane.

Gentiana-Rod.

Gentiana purpurea *L.* **Gentianeæ.** Herba radice

perenni in alpibus Norvegiæ meridionalis et occidentalis freqvens.

Radix integra, prælonga et paullum ramosa, extus e cano fusca et longitudinaliter sulcata, intus subrufa, recens carnosa, siccata fragilis, saporis peramari.

Præparata:

Extractum Gentianæ.

Tinctura amara . . . . 3 : 100.

„ Chinæ composita . . . . 3 : 70.

„ Gentianæ . . . . 20 : 100.

„ Rhei amara . . . . 4 : 100.

Radix Glycyrrhizæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Glycyrrhizarum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Radix Glycyrrhizæ echinatæ & Radix Glycyrrhizæ glabræ.

Ph. Germ.: Radix Liqviritiæ glabræ & Radix Liqviritiæ mundata. Ph. Austr.: Liqviritia. Ph. Brit.: Glycyrrhizæ radix. Ph. U. St.: Glycyrrhiza. Ph. Fr.: Réglisse.

L a k r i t s - R o d.

Glycyrrhiza echinata *L.* et **G. glabra** *L.* **Papilionaceæ.** Suffrutices Europæ meridionalis, ille in Russia, Hungaria, Dalmatia, hic in Hispani , Italia, Sicilia spontaneus.

Radix a cortice liberata, coloris flavi, saporis dulcis.

Præparata:

Pilulæ iodeti ferrosi.

Species decocti lignorum.

„ demulcentes.

„ Juniperi.

Species pectorales.
Syrupus Althææ.
Tinctura Digitalis rubra.

Radix Ipecacuanhæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Cephaëlidis.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Ipecacuanha. Ph. Fr.: Ipécacuanha annelé ou officinal.

Brækrod.

Cephaëlis Ipecacuanha *Willdenow.* **Rubiaceæ.** Suffrutex repens Americæ meridionalis, præsertim in silvis humidis Brasiliæ freqvens.

Radix flexuosa, annulis densis, incompletis, torosis verrucosa, cortice crasso, corneo, extus obscurius vel pallidius fusco, intus e flavo cinereo, facile a ligno tenui et albido separabili.

In pulvere parando lignum, qvod circiter qvartam ponderis partem (1/4) efficit, rejiciatur.

Præparata:
Pulvis Ipecacuanhæ opiatus . . . . 10 : 100.
Vinum Ipecacuanhæ . . . . 10 : 100.

Radix Pimpinellæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Fr.: Saxifrage.

Pimpinelle-Rod.

Pimpinella saxifraga *L.* **Umbelliferæ.** Planta radice perenni Norvegiæ.

Radix plerumqve simplex et recta, longitudinaliter sulcata, verrucosa, supra transverse rugosa, colore e subflavo fusco, ligno citrino, annulo obscuro a cortice duro separato, intus ductibus resinosis parvis et e fusco rubris instructo. Radix manducata os urit, sapore est subamaro, odore peculiari.

Præparatum:

Tinctura Pimpinellæ . . . . 20 : 100.

Radix Ratanhiæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Krameriæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Radix Ratanhæ. Ph. Austr.: Ratanha. Ph. Brit.: Krameriæ radix. Ph. U. St.: Krameria. Ph. Fr.: Ratanhia.

Ratanhia-Rod.

Krameria triandra *Ruiz & Pavon* et **Kr. ixina** *L.* var. **Granatensis. Polygaleæ.** Fruticuli Americæ meridionalis, inprimis Peruviæ et Boliviæ.

Radix lignosa, infra ramosa, ramis longis cylindricis, cortice coloris cinnamomei vel e rubro violacei, sapore valde amaro et adstringenti.

Rejicienda est radix plus minusve decorticata.

Præparatum:

Tinctura Ratanhiæ . . . . 20 : 100.

Radix Rhei.

Ph. N. Ed. I.: Radix Rheorum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Austr.: Rheum. Ph. Brit.: Rhei radix. Ph. U. St.: Rheum. Ph. Fr.: Rhubarbe de Chine.

Rhabarber-Rod.

Rhei species ignotæ. **Polygoneæ.** Plantæ perennes in partibus borealibus et mediis imperii Chinensis et in regno Thibetano sponte crescentes.

Segmenta radicis multiformia, dura, ponderosa, omnino deglupta, extus lutea et plerumqve pulvere conspersa, intus radiis alternatim rubris et albis multifariam contortis et intricatis variegata.

Frusta spongiosa colore viridiusculo vel e cano flavo rejicienda sunt.

Præparata:

Extractum Rhei.	
Infusum Rhei alkalinum	25 : 200.
Pulvis Magnesiæ cum Rheo	1 : 3.
Tinctura Rhei amara	10 : 100.

Radix Sarsaparillæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Brit.: Sarsæ radix. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Sarsaparilla. Ph. Fr.: Salsepareille du Mexique & S. du Honduras.

Sarsaparille-Rod.

Smilacis species complures non satis determinatæ. **Smilaceæ.** Suffrutices flexuosi, volubiles, in regionibus calidis Americæ spontanei.

Radices secundariæ cormo remoto. Adhibenda est radix teres, medulla alba, farinosa et cortice crassiore instructa; radix e terra Mexicana advecta, profunde sulcata, medulla tenui, haud farinosa et cortice delabente prædita, nec minus qvæ macilenta est, rejiciatur.

Radix Sassafras.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Lignum Sassafras. Ph. Brit.: Sassafras radix. Cfr. Ph. U. St.: Sassafras (cortex radicis). Ph. Fr.: Racine de Sassafras.

Sassafras-Rod.

Sassafras officinalis *Nees v. Esenb.* **(Laurus Sassafras** *L.)*. **Laurineæ.** Arbor in silvis regionum calidiorum Americæ borealis indigena.

Radicis frusta non nimis crassa, cortice adhærenti.

Præparatum:

Species decocti lignorum . . . . 20 : 100.

Radix Senegæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Polygalæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Brit.: Senegæ radix. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Senega. Ph. Fr.: Polygala de Virginie.

Senega-Rod.

Polygala Senega *L.* **Polygaleæ.** Herba radice perenni regionum orientalium Americæ borealis.

Radix subcylindrica, basi tuberosa, ad apicem versus sensim attenuata, subramosa, incurvata, in interiore curvaturæ latere carina corticali arguta notata, in altero latere torosa, colore subflavo vel e cano fusco, cortice crassinsculo intus subflavo, ligno pallide flavo, odore debili; manducata fauces radit.

Præparatum:

Syrupus Senegæ . . . . 4 : 100.

Radix Serpentariæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Aristolochiæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Radix Serpentariæ. Ph. Brit.: Serpentariæ radix. Ph. U. St.: Serpentaria. Ph. Fr.: Aristoloche Serpentaire.

Serpentaria-Rod.

Aristolochia Serpentaria *L.* **Aristolochieæ.** Herba perennis in provinciis australibus Americæ borealis indigena.

Rhizoma horizontale flexuosum, supra reliqviis caulis, infra radicibus freqventibus, tenuissimis, fragilibus, pallide fuscis instructum. Radix est sapore amaro, fricata odore camphoraceo.

Radix Taraxaci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Radix Taraxaci (siccata) & Radix Taraxaci cum herba (recens). Ph. Brit.: Taraxaci radix. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Taraxacum. Ph. Fr.: Racine de Pissenlit ou Dent de lion.

Løvetand-Rod.

Taraxacum officinale *Weber* (**Leontodon Taraxacum** *L.*). **Synanthereæ.** Herba radice perenni totius Europæ vulgatissima.

Radix recens cum foliis primo vere colligenda; adhibetur ad extractum Taraxaci parandum.

Radix siccata colligatur autumno.

Radix Valerianæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Brit.: Valerianæ radix. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Valeriana. Ph. Fr.: Valériane sauvage.

V a l e r i a n a · R o d.

Valeriana officinalis *L.* **Valerianeæ.** Planta perennis per totam fere Europam, etiam in Norvegia satis freqvens.

Rhizoma usqve ad duo centimetra crassum, interdum stoloniferum, radices undiqve emittens freqventes, longas, teretes, recentes albas, siccatas e cinereo fuscas, striatas, cortice intus subfusco, ligno tenui pallidiore, saporis amari et os urentis, odoris gravis, peculiaris.

Rhizoma una cum fibrillis radicalibus autumno colligendum, sine lotione humo liberandum et loco umbroso celeriter siccandum.

Servetur in vase bene clauso.

Præparata:

Tinctura Valerianæ	20 : 100.
,, ,, ætherea	20 : 100.

---

† Ramuli Sabinæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Summitates Sabinæ. Ph. Brit.: Sabinæ cacumina. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Sabina. Ph. Fr.: Sabine.

Juniperus Sabina *L.* **Coniferæ.** Frutex Europæ meridionalis, apud nos interdum hortensis.

Ramuli novelli arcte condensati, foliis brevissimis, rigidis, rhombicis, in dorso glandula oleosa instructis, in

seriem qvadruplicem imbricatim dispositis, ætate procedente longius inter se distantibus et acuminatis, odore gravi, sapore nauseoso, resinoso, amaro.

Colligantur tempore vernali, serventur caute in vase bene clauso et a luce remoto, nec ultra annum.

Dosis maxima: *Gramma unum* . . . . . 1 gram.

Resina Benzoë. Benzoë.

Ph. N. Ed. I.: Resina Benzoin.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Resina Benzoë.
Ph. Germ.: Benzoë (s. Resina Benzoë). Ph. Austr.: Benzoë. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Benzoinum.

Benzoë-Harpix.

Styrax Benzoin *Dryand.* **(Benzoin officinale** *Hayne).* **Styraceæ.** Arbor Indiæ orientalis et insularum Moluccensium.

Massa resinosa e trunco vulnerato prodiens, in aëre concreta.

Aut grana conglutinata, extus e flavo fusca vel e rubicundo flava, intus lactea et nitida, aut massæ compactæ, colore e rubro fusco, granis pallidioribus inspersis; odore sunt pergrato et vanillaceo.

Resina Benzoë, qvæ dicitur de Sumatra vel de Penang, rejicienda est.

Præparata:

Axungia benzoata	2 : 100.
Tinctura Benzoës	20 : 100.
„ „ composita	12,5 : 100.

Resina Colophonium. Colophonium.

Ph. N. Ed. I.: Colophonium.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Resina Colophonium.

Ph. Germ.: Colophonium (s. Resina Colophonium). Ph. Austr.: Colophonium. Ph. Fr.: Colophone ou Arcanson.

C o l o p h o n i u m.

Pinus sylvestris *L.* et aliæ **Pini** species. **Coniferæ.** Arbores Europæ et Americæ borealis.

E balsamo arborum usqve ad perfectam extricationem ætherolei et aqvæ calefacto parata.

Sit ex albido flava vel e flavo fusca, diaphana, fragilis, saporis et odoris fere expers.

Præparata:

Charta antirheumatica.
Emplastrum Cantharidum colatum.
" Meliloti.
Ungventum basilicum flavum.
" " nigrum.

Resina Guajaci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Austr.: Guajacum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Guajaci resina. Ph. Fr.: Résine de Gayac.

G u a j a c - H a r p i x.

Guajacum officinale *L.* **Zygophylleæ.** Arbor Indiæ occidentalis, præsertim insularum Jamaicæ et St. Domingo.

Resina e trunco arboris vel sponte stillans vel coqvendo cum aqva elicita.

Frusta extus subviridi pulvere conspersa, fragilia, fractura e flavo viridi, vitri splendore nitenti, in spiritu vel solutione hydratis kalici solubilia.

Præparatum:

Tinctura Guajaci ammoniacata . . . . 3 : 18.

---

† Resina Jalapæ.

Ph. N. Ed. I.: Resina Ipomœarum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Résine de Jalap. Ceteræ: Resina Jalapæ.

J a l a p a - H a r p i x.

Resina e **Tuberibus Jalapæ** parata, sicca, fragilis, extus e flavo fusca, fractura nitenti et obscuriore, in spiritu plane, in æthere exigua ex parte solubilis.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata triginta* . 0,30 gram.

V. Rp. **Tuberum Jalapæ** in pulverem crassum contusorum *partem unam* 1

Spiritus concentrati *partes duas* . . . . . 2.

Macerentur in vase clauso per dies qvinqve. Liqvore deinde per expressionem remoto, residuum cum

Spiritus concontrati *partibus duabus* . . . 2

iterum maceretur et fortiter exprimatur; qvo facto liqvores spirituosi commixti et filtrati, addita aqvæ qvarta eorum parte (1/4), destillando minuantur, ut subsidat resina, qvæ aqva calida, donec hæc coloris expers defluat, eluatur, deinde in balneo aqvæ calefiat, usqve dum portiuncula exempta refrigerando facile friabilis fiat. In bacillos formata vase bene clauso servetur.

Præparata:

Extractum Rhei compositum . . . . 15 : 100.

Massa pilularum resinæ Jalapæ . . . . 50 : 100.

Resina Mastix. Mastix.

Ph. N. Ed. I.: Resina Pistaciæ.
Ph. Svec. & Ph. Dan.: Resina Mastix.
Ph. Germ.: Mastix. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Mastiche. Ph. Fr.: Mastic.

M a s t i x.

Pistacia Lentiscus *L.* var. **Chia** *De Cand.* **Terebinthaceæ** *Kunth.* **Anacardiaceæ** *Endl.* Arbor nana in insula Chio culta.

Succus e truncis ramisqve sauciatis exsudatus et aëre induratus.

Grana subrotunda, pisi plerumqve magnitudine, subflava, superficie pulverulenta, fractura vitri instar nitenti, pellucida, manducata mollescentia, in spiritu maxima ex parte solubilia.

Præparatum:
Emplastrum adhæsivum cum resina Mastiche.
Emplastrum Cantharidum cum Euphorbio.

Resina Pini flava.

Ph. N. Ed. I.: Resina Pinorum.
Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Resina Pini. Cfr. Ph. U. St.: Resina. Ph. Fr.: Poix-résine ou Résine jaune.

H a r p i x.

Pinus sylvestris *L.* et aliæ **Pini** species. **Coniferæ.** Arbores Europæ et Americæ borealis.

Resina balsami arborum ad extricationem ætherolei cum aqva cocti residua.

Flava vel e fusco flava, opaca vel hic illic tantum diaphana, odore et sapore balsami Terebinthinæ.

Præparatum:
Emplastrum adhæsivum.

---

† Resina Podophylli. Podophyllinum.

Ph. Brit. & Ph. U. St.: Podophylli resina.

Podophyllin.

Podophyllum peltatum *L.* **Podophylleæ.** Planta perennis Americæ borealis.

E rhizomate parata.

Pulvis pallide e subviridi vel e subfusco flavidus, odore et sapore peculiari, ingrato, non in aqva, facile in spiritu et æthere solubilis. Solutione ammoniaci addita colore viridiusculo tingitur.

Caute servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata decem* . 0,10 gram.

Rhizoma Calami.

Ph. N. Ed. I.: Radix Acori.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Calamus. Ph. Fr.: Acore vrai.

Kalmus-Rod.

Acorus Calamus *L.* **Aroideæ.** Planta perennis Orientis, in paludibus Europæ qvasi indigena.

Rhizoma subcylindricum, compressum, digitum fere crassum, extus subviride, subrubrum vel subfuscum, annulatum et inferne radicibus abscissis ciccatricatum, intus albidum et propter canales aëriferos numerosos spongiosum, saporis amari et aromatici, odoris gravis et peculiaris.

Sero autumno colligatur.

Rhizoma Filicis.

Ph. N. Ed. I.: Stipites Aspidii.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Filix mas. Ph. Fr.: Fougère mâle.

Bregne-Rod.

Polystichum Filix mas *Roth* (**Polypodium Filix mas** *L.*). **Polypodiaceæ.** Filix in Norvegia freqvens.

Rhizoma varia longitudine, ad centimetra duo et dimidium crassum, recens carnosum, siccatum spongiosum, intus colore viridi, paullatim cinnamomeo, instructum fasciculis vasorum majusculis ad annulum interruptum dispositis, tota superficie reliqviis petiolorum adscendentibus, angulatis, carnosis, extus e nigro fuscis, intus subviridibus obsitum, sqvamis paleaceis, fuscis dense tectum; sapor est dulcis et subamarus, odor peculiaris et nauseosus.

Rhizomata, qvæ fracturam colore vel cinnamomeo vel fusco præbent, rejicienda sunt.

Colligatur autumno neve ultra annum servetur.

Præparatum:

Extractum Filicis.

Rhizoma Galangæ.

Ph. N. Ed. I.: Radix Alpiniæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.

Galanga-Rod.

Alpiniæ species nondum cognita Chinensis. **Scitamineæ.**

Rhizoma digiti fere crassitudine, cylindricum, sæpe geniculatim inflexum, extus e rubro fuscum, intus colore cinnamomeo, sapore urenti et subamaro, odore peculiari.

Præparata:

Tinctura aromatica.

" " acida.

Rhizoma Iridis.

Ph. N. Ed. I.: Radix Iridis.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Rhizoma Iridis. Ph. Austr.: Iris. Ph. U. St.: Iris Florentina & Iris versicolor.

Violrod.

Iris Florentina *L.* et **Iris pallida** *Lamarck.* **Irideæ.** Plantæ perennes Europæ meridionalis indigenæ et cultæ.

Rhizoma decorticatum, articulosum, solidum, durum, colore subalbo, odore violaceo.

Rhizoma Zingiberis.

Ph. N. Ed. I.: Radix Zingiberis.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Rhizoma Zingiberis. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Zingiber. Ph. Fr.: Gingembre.

Ingefær.

Zingiber officinale *Roscoe* **(Amomum Zingiber** *L.).* **Scitamineæ.** Planta perennis Indiæ orientalis indigena et culta.

Rhizoma decorticatum. Rejiciatur qvod oxydo calcico vel chloro albissimum factum est.

Præparata:
Syrupus Sennæ mannatus.
Tinctura aromatica.
" " acida.

Saccharum lactis.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Sucre de lait. Ceteræ: Saccharum lactis.

Melkesukker.

Frusta vel crustæ, albæ, duræ, crystallinæ, interdum in cylindros coalitæ, saporis subdulcis, in aqvæ frigidæ partibus septem (7), haud in spiritu solubiles.

Adhibetur ad præparationem:
Extracti Aconiti,
" Belladonnæ,
" Hyoscyami.

Salicylas natricus.

$Na\ C_7 H_5 O_3$.

Salicylsurt Natron.

Pulvis albus crystallinus, saporis dulcis, dein acrioris, cum aqvæ æqvali copia solutionem limpidam syrupi consistentiæ præbens, in spiritus partibus circiter octo solubilis.

Solutio aqvosa acido hydrochlorato addito præcipitatum album exhibeat (acidum salicylicum). Solutio spirituosa acido nitrico acidulata nc solutione sulphidi hydrici, neve chloreto barico, neve nitrate argentico præbeat præcipitatum (metalla, sulphates, chloreta).

† Santoninum.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Santonine. Ceteræ: Santoninum.

Santonin.

Crystalli subtiles, coloris expertes, luci diutius expositæ flavescentes, in aqva vix, in spiritus concentrati partibus circiter qvadraginta qvatuor (44), in chloroformii partibus tribus (3) et in oleo Ricini solubiles. Cum hydrate kalico in spiritu soluto præbet liqvorem coccineum, postea sensim in liquorem decolorem transeuntem. Ignitæ primum liqvescunt, tum nullo residuo relicto conflagrant.

Servetur caute in vitro a luce remoto.

Dosis maxima: *Centigrammata qvindecim* 0,15 gram.

Præparatum:

Trochisci Santonini; singuli continent Santonini 0,03 gram.

Sapo albus oleaceus.

Ph. N. Ed. I.: Sapo Alicantinus.

Ph. Svec.: Sapo albus Hispanicus. Ph. Dan.: Sapo albus oleaceus.

Ph. Germ.: Sapo medicatus & oleaceus. Ph. Austr.: Sapo medicinalis. Ph. Brit.: Sapo durus. Ph. U. St.: Sapo. Ph. Fr.: Savon amygdalin.

Hvid spansk Sæbe.

Sapo natricus ex oleo Olivarum paratus.

Sit peralbus et durus, in aëre ne humescat neve efflorescat; ne sit odore rancido. In aqva et spiritu plane solvatur.

Præparata:

Massa pilularum resinæ Jalapæ.
Spiritus saponis camphoratus.

Sapo butyraceus.

Ph. Svec.: Sapo butyrinus. Ph. Dan.: Sapo butyraceus.

Smørsæbe.

Sapo natricus e butyro paratus.

Sit albidus, odoris haud rancidi, in aqva et spiritu, residuo tantummodo exiguo relicto, solubilis.

Præparatum:

Linimentum Opodeldoc.

---

† Scammonium.

Ph. N. Ed. I.: Gummi-resina Convolvuli.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Resina Scammoniæ. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Scammonium. Ph. Fr.: Scammonée d'Alep.

Convolvulus Scammonia *L.* **Convolvulaceæ.** Planta perennis, in Asia minore et Syria spontanea.

Succus lacteus e radice abscissa exsudans, in aëre induratus.

Frusta levia; sicca, colore e subviridi cinereo, fractura opaca, foraminibus parvis instructa, cum aqva trita emulsionem subviridem præbentia. Partes centum (100) contineant resinæ æthere solubilis partes minimum septuaginta qvinqve (75).

Dosis maxima: *Centigrammata qvinqvaginta* 0,50 gram.

Præparatum:

Massa pilularum Colocynthidum compositarum . 24 : 100.

Sebum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: Sevum ovillum.

Ph. Germ.: Sebum. Ph. Austr.: Sebum ovile. Ph. Brit.: Sevum præparatum. Ph. U. St.: Sevum.

T a l g.

Bos Taurus *L.* **Capra Hircus** *L.* **Ovis Aries** *L.* **Ruminantia.**

Pingvedo horum animalium abdominalis, inprimis omenti, capsularum renalium et lumborum, minutim concisa, aqva clota, liqvata, dein colata.

Sit ad chartam exploratoriam indifferens.

Præparata:

Emplastrum adhæsivum.	Ungventum basilicum flavum.
„ Cantharidum colatum.	„ „ nigrum.
„ Meliloti.	„ Cantharidum.
Ungventum aromaticum.	„ Hydrargyri.

---

† Secale cornutum.

Ph. N. Ed. I.: Spermoedia.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Ergota.

Ph. Fr.: Ergot de Seigle.

M e l d r ø i e.

Claviceps purpureus *Tulasne.* **Pyrenomycetes.** Fungus in floribus gramineis, præsertim Secalis cerealis, parasiticus.

Mycelia fungi (**Spermoedia clavus** *Fries*) obtuse trigona, plerumqve subcurva, in utramqve partem aut in superiorem tantum attenuata, trisulca, colore extus e nigro violaceo, interdum pruinosa et appendice sordide alba et molli ab apice instructa, intus colore e flavo albo, odore peculiari, sapore nauseoso. Adhibeantur ea sola, qvæ in spicis Secalis cerealis nascuntur. Colligantur ante perfectam maturitatem Secalis cerealis, leni calore siccentur, in vase bene clauso neve ultra annum serventur.

Rejicienda sunt insectis corrosa, mucida vel qvæ odorem ammoniacalem spargunt. Parvam modo copiam pulveris nec nisi nuper paratam habere licet.

Præparatum:
Extractum Secalis cornuti.

Semina Amygdali amara.

Ph. N. Ed. I.: Amygdalæ amaræ.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Amygdali amarum.
Ph. Germ.: Amygdalæ amaræ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Amygdala amara. Ph. Fr.: Amandes amères.

Bitre Mandler.

Amygdalus communis *L.* var. **amara** *De Cand.* **Amygdaleæ.** Arbor in regione mediterranea indigena et culta.

Semina a testa externa liberata. Cave, ne semina Amygdali dulcia immixta contineant.

Semina Amygdali dulcia.

Ph. N. Ed. I.: Amygdalæ dulces.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Amygdali dulce.
Ph. Germ.: Amygdalæ dulces. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Amygdala dulcis. Ph. Fr.: Amandes douces.

Søde Mandler.

Amygdalus communis *L.* var. **dulcis** *De Cand.* **Amygdaleæ.** Arbor in regione mediterranea indigena et culta.

Semina a testa externa liberata. Cave, ne semina Amygdali amara immixta contineant.

Præparatum:
Emulsio Amygdalarum.

Semina Cacao.

Ph. N. Ed. I.: Semina Theobromatum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Cacao.
Ph. Germ.: Semen Cacao. Ph. Fr.: Cacao.

Cacao-Bønner.

Theobroma Cacao *L.* et aliæ **Theobromatis** species. **Büttneriaceæ**. Arbores in America calida spontaneæ et cultæ.

Semina majora, pingviora, fermentatione mitigata adhibenda sunt.

---

† Semina Colchici.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Colchici.
Ph. Germ.: Semen Colchici. Ph. Austr.: Colchicum. Ph. Brit.: Colchici semina. Ph. U. St.: Colchici semen. Ph. Fr.: Semence de Colchique.

Colchicum-Frö.

Colchicum autumnale *L.* **Colchicaceæ**. Planta bulbosa in Europa media et australi indigena.

Semina plane matura, subglobosa, cornea, extus obscure fusca, foveolato-punctata, nisi vetusta sunt subviscida, intus pallide grisea, saporis nauseosi et amari. Caute serventur.

Præparatum:
Vinum Colchici . . . . 10 : 100.

Semina Cydoniæ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Cydoniæ.
Ph. Germ.: Semen Cydoniæ. Ph. Austr.: Cydonia. Ph. U. St.: Cydonium. Ph. Fr.: Semence de Cognassier.

Kvædekjerner.

Cydonia vulgaris *Persoon* (**Pyrus Cydonia** *L.*). **Pomaceæ.** Arbor nana Orientis atqve Europæ meridionalis indigena, in Europa media culta.

Semina cuneata, angulata vel compressa, e rubro fusca. In aqva turgescunt et mucilagine emollita lubrica fiunt.

Præparatum:
Mucilago Cydoniæ.

---

† Semina Hyoscyami.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: Semen Hyoscyami.
Ph. Germ.: Semen Hyoscyami. Ph. U. St.: Hyoscyami semen.

Bulmeurt-Frø.

Hyoscyamus niger *L.* **Solanaceæ.** Herba biennis Norvegiæ.

Semina plane matura, minima, compressa, subreniformia, foveolato-punctata, extus e cinereo subfusca, intus albida, saporis oleosi, amari.

Caute serventur.

Dosis maxima: *Centigrammata viginti* . 0,20 gram.

Præparatum:
Massa pilularum de Cynoglosso . . . . 1 : 15.

Semina Lini.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Lini.
Ph. Germ.: Semen Lini. Ph. Brit.: Lini semina. Ph. Austr. & Ph. U. St.: Linum. Ph. Fr.: Semence de Lin.

Lin-Frø.

Linum usitatissimum *L.* **Lineæ.** Planta annua apud nos freqventer culta.

Semina ovata, compressa, levia, nitida, fusca, saporis mucilaginei et oleosi. In aqva turgescunt et lubrica fiunt.

Præparatum:

Species emollientes . . . . 50 : 100.

---

† Semina Nucis vomicæ.

Ph. N. Ed. I.: Semina Strychni.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Nucis vomicæ.
Ph. Germ.: Semen Strychni. Ph. Austr., Ph. Brit.: & Ph. U. St.: Nux vomica. Ph. Fr.: Noix vomique.

Rævekager.

Strychnos Nux vomica *L.* **Strychneæ.** Arbor Indiæ orientalis.

Semina discoidea, orbicularia, centro umbilicata, indumento sericeo e subflavo griseo pilorum adpressorum dense vestita.

Caute serventur.

Rasuram venalem adhibere non licet.

Dosis maxima: *Centigrammata viginti* . 0,20 gram.

Præparata:

Extractum Nucis vomicæ.
Tinctura " " . . . . 10 : 100.

Semina Qvercus.

Ph. N. Ed. I.: Semina Qvercuum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Qvercus.
Ph. Austr.: Qvercus. Ph. Fr.: Gland de chêne.

E g e n ø d d e r.

Qvercus pedunculata *Ehrh.* **(Q. Robur** *L.).* **Q. sessiliflora** *Smith* **(Q. Robur** *β L.).* **Cupuliferæ.** Arbores Norvegiæ meridionalis.

Semina plane matura; constant e cotyledonibus binis, oblongis, subplano-convexis, facile fissilibus, duris, extus reticulatis et fuscis, intus albis vel pallide flavis. Sapore sunt amaro et adstringenti.

Præparatum:
Semina Qvercus tosta.

Semina Qvercus tosta.

Ph. Dan.: Semen Qvercus tostum.
Ph. Germ.: Semen Qvercus tostum. Ph. Austr.: Qvercus (Semina Qvercus tosta).

E g e n ø d k a f f e.

Semina Qvercus probe siccata in vase ferreo apto inter continuam agitationem torreantur, donec fragilia facta sint et colorem fuscum induerint. Refrigerata et a pulvere subtili nigroqve adhærenti liberata in pulverem grossiusculum redigantur. Pulvis ita paratus sit colore fusco, sapore subadstringenti.

Servetur in vase bene clauso.

Semina Sinapis nigræ.

Ph. N. Ed. I.: Semina Brassicæ.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Semen Sinapis nigræ.
Ph. Germ.: Semen Sinapis. Ph. Austr. & Ph. Brit.: Sinapis. Ph. U. St.: Sinapis nigra. Ph. Fr.: Moutarde noire.

S o r t S e n n e p.

Sinapis nigra *L.* **(Brassica nigra** *Koch*, **Brassica sinapioides** *Roth.)*. **Cruciferæ.** Planta annua per totam fere Europam indigena et freqventer culta.

Semina subglobosa, foveolato-punctata, extus e rubro fusca, intus flava, pulverem e flavo viridem præbentia, qvi aqva humectatus odorem acerrimum spargit; manducata primum sunt sapore oleoso, tum os vehementer urunt.

Sericum adhæsivum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Emplastrum adhæsivum Anglicum. Ph. Austr.: Emplastrum adhæsivum. Ph. Fr.: Sparadrap de colle de poisson. Taffetas d'Angleterre.

E n g e l s k H e f t p l a s t e r.

Sit flexibile, madefactum cuti tenaciter adhærescat.

V. Rp. **Collæ piscium** *partes decem* 10
Aqvæ fervidæ *partes centum et viginti* . . 120.

Fiat solutio, cujus, dum calida est, altera parte dimidia sericum expansum iterum atqve iterum illinatur, cura adhibita, ne solutio in aversam serici partem permeet, et ut singula strata siccata sint, priusqvam iterum illinantur.

Alteri parti solutionis calefactæ addantur

Spiritus concentrati *partes qvadraginta* . . 40

Glycerini *pars una* 1,

qva mixtione sericum ratione jam supra exposita iterum illinatur. Aversum serici latus tinctura Benzoës illinatur.

Serum lactis aluminatum

loco Seri lactis aluminati Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Serum lactis aluminatum (1 : 100).

Alun-Valle.

Rp. **Lactis vaccini** recentis et cremore privati *partes ducentas* 200

Sulphatis aluminico-kalici *partem unam* . . 1.

Commixta et ad ebullitionem fere calefacta agitentur, usqve dum coagulatio perfecta sit; dein liqvor coletur.

Ex tempore paretur.

Nota: Partes duæ (2) eandem qvantitatem sulphatis aluminico-kalici continent ac partes tres (3) seri lactis aluminati Ed. I.

Solutio acetatis Ammonici

loco Solutionis acetatis ammonici Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Liqvor ammonii acetici (15 %). Ph. Austr.: Ammonium aceticum solutum (15 %). Ph. Brit.: Liqvor Ammoniæ acetatis (7 %). Ph. U. St.: Liqvor Ammonii acetatis (7 %). Ph. Fr.: Acétate d'ammoniaque liquide (17 %).

Spiritus Mindereri.

Edikesur Ammoniak-Opløsning.

Rp. **Acidi acetici** *partes qvinqvaginta qvatuor* . . 54.
Adde
Solutionis Ammoniaci *partes qvadraginta sex* . 46
aut tantum, ut acidum neutralisetur.

Partes centum (100) continent partes circiter viginti (20) acetatis ammonici.

Nota: Pars una (1) respondet partibus duabus (2) solutionis acetatis ammonici Ed. I.

Solutio acidi carbolici.

Carbolvand.

Rp. **Acidi carbolici** *partes duas* 2
Aqvæ destillatæ *partes centum* . . . . . 100.
Fiat solutio.

Solutio Ammoniaci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Liqvor Ammonii caustici (10 %). Ph. Austr. Ammonia (10 %). Ph. Brit.: Liquor Ammoniæ (10 %). Ph. U. St.: Aqva Ammoniæ (10 %). Ph. Fr.: Ammoniaque liquide (21 %).

Ammoniak. Salmiakspiritus.

Partes centum (100) contineant ammoniaci partes decem (10).

Liqvor limpidus, coloris expers, plane volatilis, ponderis specifici 0,960. Solutio addita solutione sulphidi

hydrici ne turbetur neve tingatur (metalla: Pb, Cu), oxalate ammonico addito ne præbeat præcipitatum (Ca); in lagena clausa cum solutione hydratis calcici conqvassata aut neqvaqvam aut leviter modo turbetur (CO_2), acido nitrico abundanti acidulata ne nitrate argentico neve chloreto baryco turbetur (chloreta, sulphates). Solutio acido saturata odorem empyreumaticum ne spargat.

Solutionis gramma unum (1) solutionis acidi sulphurici exploratoriæ 59 CC. saturat.

Servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Adhibetur ad præparationem:

Linimenti ammoniacato-camphorati	40 : 100.
„ Opodeldoc	4 : 100.
Solutionis Acetatis ammonici	46 : 100.
„ Ammoniaci spirituosæ	50 : 100.
Spiritus ammoniacati anisati	175 : 1000.
„ antiparalytici	16 : 100.
Tincturæ Guajaci ammoniacatæ	5 : 18.

Solutio Ammoniaci spirituosa

loco Solutionis ammoniaci alcoholicæ Ph. N. Ed. I. Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Liqvor ammonii caustici spirituosus (NH_3 10 %).

Rp. **Solutionis Ammoniaci** 50
Spiritus concentrati 50
singulorum partes qvinqvaginta.

Misceantur.

Partes centum (100) continent partes qvinqve (5) ammoniaci anhydri.

Nota: Partes duæ (2) respondent parti uni (1) solutionis Ammoniaci alcoholicæ Ed. I.

Solutio Calcis chloratæ

loco Solutionis Calcariæ chloratæ dilutæ Ph. N. Ed. I.

Cfr. Ph. Svec.: Liqvor Calcis chloratæ (Calx chlorata 1, Aqva 20).

Ph. Brit.: Liqvor Calcis chloratæ (Calx chlorata 1, Aqva 10).

Chlorkalk-Opløsning.

Rp. **Calcis chloratæ** *partes duas* . . . . 2.
Immitte in mortarium lapideum vel porcellaneum et pistillo assidue triturans sensim affunde

Aqvæ *partes viginti* . . . . 20.

Deinde filtratis adde

Aqvæ tantum,

qvantum sufficiat ad obtinendam solutionem

partium centum 100.

Servetur in vase bene clauso.

Nota: Pars una (1) respondet partibus duabus (2) solutionis Calcariæ chloratæ dilutæ Ed. I.

Solutio carbonatis kalici

loco Solutionis carbonatis kalici Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Liqvor Kali carbonici (33,3 %). *Ph. Austr.: Kalium carbonicum solutum* (33,3 %).

Kulsurt Kali-Opløsning.

Rp. **Carbonatis kalici puri** *partes viginti* 20

Aqvæ destillatæ *partes triginta* . . . . . . 30.

Solutis et filtratis addatur

Aqvæ destillatæ *tanta copia,*

qvanta reqviratur ad obtinendam solutionem

partium centum 100.

Nota: Pars una (1) respondet partibus duabus (2) solutionis carbonatis kalici Ed. I.

Præparatum:

Tinctura digestiva . . . . 1 : 3.

Solutio chloreti ferrici

loco Solutionis chloreti ferrici Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Liqvor ferri sesqvichlorati (Fe_2 Cl_6 43,5 %). *Ph. Austr.: Ferrum sesqvichloratum solutum. Ph. Brit.: Liqvor ferri perchloridi fortior* (circit. 34 %). *Ph. U. St.: Liqvor ferri chloridi* (50 %). *Ph. Fr.: Solution officinale de perchlorure de fer* (26 %).

Chlorjern-Opløsning.

Rp. **Chloreti ferrici** 50
Aqvæ destillatæ 50
singulorum partes qvinqvaginta.
Fiat solutio.

Sit limpida, ponderis specifici 1,298—1,302.

Partes centum (100) continent chloreti ferrici anhydri circiter partes triginta (30).

Nota: Pars una (1) respondet partibus tribus (3) solutionis chloreti ferrici Ed. I.

Solutio chloreti ferrici spirituosa.

Ph. Svec. Cfr. Ph. Dan. (Fe_2 Cl_6 circit. 12 %).
Ph. Brit.: Tinctura Ferri perchloridi (Fe_2 Cl_6 circit. 8 %).
Cfr. Ph. U. St.: Tinctura ferri chloridi (Fe_2 Cl_6 circit. 12 %).

Tinctura ferri muriatici.

Chlorjern-Draaber.

Rp. **Chloreti ferrici** *partes decem* 10
Spiritus diluti *nonaginta* . . . . 90.
Solvantur.

Servetur in vase non pellucido.

Partes centum (100) continent chloreti ferrici anhydri circiter partes sex (6).

Solutio chloreti ferrici spirituoso-ætherea.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Tinctura ferri chlorati ætherea (Fe_2 Cl_6 circit. 3 %).

Liqvor anodynus martialis.

Rp. **Chloreti ferrici** *partes decem* 10
Ætheris spirituosi *partes nonaginta* . . . . 90.

Mixtio in lagenis vitreis bene obturatis solis radiis exponatur, donec color e fusco flavus plane evanuerit et limpida fiat.

In vase epistomio vitreo bene clauso servetur.

Partes centum (100) continent chloreti ferrici anhydri circiter partes sex (6).

Solutio Chlori.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Aqva chlorata. Ph. Austr.: Aqva chlori. Ph. Brit.: Liqvor Chlori. Ph. U. St.: Aqva chlorinii. Ph. Fr.: Chlore dissous, Solution aqueuse de chlore.

Liqvor limpidus, e flavo viridis, plane volatilis, odoris pungentis, chartam exploratoriam statim decolorans colore rubro non ante exorto (acida).

Partes centum (100) contineant chlori minimum partes 0,32, qvod ita dignoscitur, si partes centum (100) solutionis commixtæ cum partibus duabus et dimidia ($2^1/_2$) sulphatis ferrosi in aqva et parva copia acidi sulphurici solutis præbent liqvorem, qvi guttas nonnullas solutionis hypermanganatis kalici additas non decoloret.

Servetur in lagenis parvis semperqve repletis et epistomiis vitreis clausis loco obscuro et frigidulo.

V. Cucurbita vel retorta **Superoxydi manganici** frustis magnitudinem nucis Avellanæ fere adæqvantibus repleatur,

qvo facto tanta copia **Acidi hydrochlorati crudi** sed ab arsenico liberi affundatur, qvanta ad dimidiam cucurbitæ partem replendam reqviratur. Cucurbita ope epistomii suberini vel melius obturamento e resina elastica parato claudatur, per qvod trajectus sit tubus vitreus curvatus, cujus altera extremitas in lagenam fere ad dimidiam partem aqva destillata caloris graduum decem (10°) repletam porrigatur. Cucurbita calore balnei aqvæ lente calefiat; qvum superior pars lagenæ gase e flavo viridi repleta est, hæc lagena removenda et altera lagena item ad dimidiam partem aqva destillata repleta in ejus locum substituenda est. Lagena remota epistomio vitreo statim obturetur, deinde vehementer et assidue conqvassetur. Qvum alterius lagenæ superior pars gase chlori repleta est, hæc lagena removeatur, prior substituatur et operationes supra expositæ reiterentur, qvæ omnia tamdiu repetantur, donec aqva plus chlori recipere non possit.

Solutio hydratis calcici.

Ph. N. Ed. I.: Solutio oxydi calcici.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Aqva calcaria. Ph. Austr.: Aqva calcis. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Liqvor calcis. Ph. Fr.: Eau de chaux.

Aqva calcis.

Kalkvand.

Rp. **Oxydi calcici** *partem unam* 1

Aqvæ *partes centum* . . . . 100.

Bene misceantur. Liqvor subturbidus in vas diligenter claudendum imponatur et inter agitationem pluries repetitam seponatur, ut partes turbantes subsidant. Priusqvam dispensetur, solutio limpida defundatur vel cito et qvantum fieri potest absqve aëris accessu per chartam filtretur.

Sit liqvor limpidus, coloris expers, reactionis alkalinæ; calefactus vel per aliqvod tempus aëri expositus turbetur.

Præparatum:

Linimentum calcicum . . . . 50 : 100.

---

† Solutio Iodi spirituosa. Tinctura Iodi

loco Solutionis Iodi alcoholicæ Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Solutio Iodi spirituosa.

Ph. Germ.: Tinctura Iodi (Iodi 10 %). *Ph. Austr.: Tinctura Iodi* (circit. 6 %). *Ph. Brit.: Tinctura Iodi* (Iodi circit. 2,5 % & Iodeti kalici circit. 1 %). *Ph. U. St.: Tinctura Iodinii* (circit. 6 %). *Ph. Fr.: Teinture d'iode* (circit. 8 %).

Jodtinctur.

Rp. **Iodi** *partes qvinqve* 5

Spiritus concentrati *partes nonaginta qvinqve* . 95.

Fiat solutio.

Aut ex tempore aut exigua tantum copia paretur.

Caute servetur in vitro epistomio vitreo clauso.

Dosis maxima: *Guttæ viginti* (20).

Nota: Partes duæ (2) respondent parti uni (1) solutionis Iodi alcoholicæ Ed. I.

Solutio subacetatis plumbici.

Ph. N. Ed. I.: Solutio acetatis sesqviplumbici concentrata.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Liqvor plumbi subacetici. Ph. Austr.: Plumbum aceticum basicum solutum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Liqvor plumbi subacetatis. Ph. Fr.: Sous-acétate de plomb liquide.

Acetum saturninum.

Blyedike.

Rp. **Acetatis plumbici** *partes decem* 10
Aqvæ destillatæ *partes qvadraginta sex* . . . 46.
Solvantur. Solutioni in lagenam immissæ admisceantur
Oxydi plumbici *partes tres* . . . . 3.

Mixtio inter agitationem sæpius repetitam in lagena obturata digeratur, donec oxydum plumbicum fere prorsus solutum sit, tum liqvor filtretur et in vitris bene clausis servetur.

Sit limpida, coloris expers, reactionis alkalinæ; aëri exposita acidum carbonicum attrahit, præcipitato albo exoriente. Solutione ammoniaci abunde addita liqvor, qvi præcipitato inde effecto albo innatet, colore cæruleo ne tingatur (Cu).

Partes centum (100) continent subacetatis plumbici partes viginti (20).

Præparatum:
Solutio subacetatis plumbici diluta . . . . . . 2 : 100.

Solutio subacetatis plumbici diluta

loco Solutionis acetatis sesqviplumbici dilutæ Ph. N. Ed. I. Ph. Germ.: Aqva plumbi Goulardi. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Liqvor plumbi subacetatis dilutus. Cfr. Ph. Fr.: Lotion avec l'acétate de plomb.

Aqva Saturnina.

Blyvand.

Rp. **Solutionis subacetatis plumbici** *partes duas* . 2
Spiritus diluti *partes octo* 8
Aqvæ *partes nonaginta* . . . . 90.
Misceantur.

†† Solutio sulphatis atropici.

Atropindraaber.

Rp. **Sulphatis atropici** *partem unam* 1
Aqvæ destillatæ *partes ducentas* . . . . . . 200.
Fiat solutio.

† Solutio superiodeti kalici

loco Solutionis superiodeti kalici Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.
Ph. Brit.: Liqvor Iodi (Iodi 4 %, Iodeti kalici 6 %). *Ph. U. St.: Liqvor Iodini compositus* (Iodi circit. 4 %, Iodeti kalici circit. 8 %).

Rp. **Iodi** *partem unam* 1
Iodeti kalici *partes duas* 2
Aqvæ *partes nonaginta septem* . . . . 97.
Solvantur.
Caute servetur.

Nota: Partes decem (10) partem unam (1) solutionis superiodeti kalici Ed. I. fere adæqvant.

Species amaræ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Species ad infusum amarum (Fruct. Anisi stellati 1, Lign. Qvassiæ 1, Fol. Cardui benedicti 2).
Ph. Dan.: Species pro thea amara (sine ligno Guajaci).

Bitter The.

Rp. **Ligni Guajaci** rasi 25
Fructuum Juniperi concisorum 25
Foliorum Menyanthis concisorum 25
„ **Sennæ** „ 25
singulorum partes viginti qvinqve.
Misceantur.

Species decocti lignorum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Species ad decoctum lignorum (Rad. Glycyrrhizæ 1, Rad. Saponariæ 2, Lign. Juniperi 4, Lign. Guajaci 6).
Ph. Dan.: Species pro decocto lignorum.
Cfr. Ph. Germ.: Species ad decoctum lignorum.

Rp. **Fructuum Foeniculi** contusorum *partes duas* . 2
Radicis Glycyrrhizæ concisæ *partes sex* . . . 6
Stipitum Dulcamaræ concisorum *partes decem* . 10
Radicis Bardanæ concisæ 20
„ **Sassafras** „ 20
singularum partes viginti,
Ligni Guajaci rasi *partes qvadraginta duas* . 42.
Misceantur.

Species demulcentes.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: Species pro thea demulcenti (Fruct. Foeniculi 1. Radic. Glycyrrhizæ 1, Radic. Althææ 4, Semin. Lini 4).
Cfr. Ph. Austr.: Species Althææ.

S l i m t h e.

Rp. **Fructuum Cannabis** contusorum 30
Herbæ Malvæ concisæ 30
Radicis Althææ „ 30
singulorum partes triginta,
Radicis Glycyrrhizæ concisæ *partes decem* . . 10.
Misceantur.

Species emollientes.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: Species pro cataplasmate emollienti (Herb. Malvæ 2, Herb. Meliloti 2, Flor. Chamomillæ vulgaris 2, Flor. Sambuci 2, Radic. Althææ 3, Semin. Lini 9).
Cfr. Ph. Germ. & Ph. Austr.: Species emollientes.

B l ø d g j ø r e n d e U r t e r.

Rp. **Florum Chamomillæ** 10
,, **Sambuci** 10
Herbæ Malvæ 10
,, **Meliloti** 10
Radicis Althææ 10
singulorum concisorum *partes decem,*
Seminum Lini contusorum *partes qvinqvaginta* 50.
Misceantur.

Species Juniperi.

Ph. N. Ed. I.

E n e b æ r t h e.

Rp. **Fructuum Anisi** concisorum 10
Radicis Glycyrrhizæ concisæ 10
singulorum partes decem,
Fructuum Juniperi contusorum *partes octoginta* 80.
Misceantur.

Species laxantes Hamburgenses.

H a m b u r g e r t h e.

Rp. **Foliorum Sennæ** concisorum *partes octo* . . . 8
Mannæ concisæ *partes tres* 3
Fructuum Coriandri contusorum 1
Bitartratis kalici pulverati 1
singulorum partem unam.
Misceantur.

Species laxantes St. Germain.

Ph. Dan.: Species pro thea St. Germain (Fruct. Anisi 5, Fruct. Foeniculi 5, Flor. Sambuci 10, Folior. Sennæ spiritu extractor. 16, Bitartrat. kalici depurati 4).

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Species laxantes St. Germain.

Ph. Fr.: Espèces purgatives ou Thé de Saint Germain.

St. Germain-The.

Rp. **Fructuum Anisi** 10
,, **Foeniculi** 10
singulorum *contusorum partes decem,*
Florum Sambuci concisorum *partes triginta* . 30
Foliorum Sennæ Spiritu extractorum *partes quadraginta* 40
Misceantur. Adde in dispensando
Bitartratis kalici pulverati *partes decem* . . . 10.

Species pectorales.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Species ad infusum pectorale (Fruct. Anisi stellati 2, Flor. Verbasci 5, Radic. Althææ 10, Herb. Hyssopi 10, Herb. Cerefolii 20).

Ph. Dan.: Species pro thea pectorali (Fruct. Anisi stellati 2, Flor. Verbasci 3, Folior. Tussilaginis 3, Herb. Veronicæ 3, Radic. Glycyrrhizæ 3, Flor. Sambuci 4, Radic. Althææ 7).

Cfr. Ph. Germ. & Ph. Austr.: Species pectorales. Ph. Fr.: Espèces pectorales.

Brystthe.

Rp. **Fructuum Anisi** *partes decem* 10
Florum Sambuci 15
,, **Verbasci** 15
Foliorum Farfaræ 15

Radicis Glycyrrhizæ 15
singulorum partes qvindecim,
Radicis Althææ *partes triginta* . . . . 30.
Concisa et contusa misceantur.

Species resolventes

loco Ph. N. Ed. I. (Herba Menthæ crispæ loco Herbæ Menthæ piperitæ).

Ph. Svec.: Species ad fomentum resolvens (Fruct. Lupuli 1, Herb. Absinthii 1, Flor. Chamomillæ 1, Herb. Menthæ crisp. 2).

Ph. Dan.: (Herb. Absinthii 8, Herb. Origani 8, Herb. Menthæ piperit. 8, Herb. Melissæ 8, Flor. Chamomillæ 3, Flor. Lavandulæ 3, Flor. Sambuci 2).

Fordelende Urter.

Rp. **Herbæ Absinthii** 20
„ **Melissæ** 20
Herbæ Menthæ piperitæ 20
„ **Origani** 20
singularum partes viginti,
Florum Chamomillæ 8
„ **Lavandulæ** 8
singulorum partes octo,
Florum Sambuci *partes qvatuor* . . . . . . 4.
Concisa misceantur.

Spiritus ammoniacatus anisatus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Liqvor ammonii anisatus.

Rp. **Ætherolei Anisi** *partes viginti qvinqve* . . . 25
Spiritus concentrati *partes octingentas* . . . 800
Solutionis Ammoniaci *partes centum septuaginta qvinqve* 175.
Misceantur.

Præparatum:
Liqvor pectoralis . . . . 20 : 100.

Spiritus antiparalyticus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.: (Ætherol. Terebinth. crudi 1, Pyrol. Succini rectificat. 1, Spirit. camphorat. 16, Liqvor. Supercarbon. ammonic. pyroleos. 3, Solution. Ammoniaci 4).

Rp. **Ætherolei Juniperi** 4
Pyrolei Succini rectificati 4
singulorum partes qvatuor,
Spiritus camphorati *partes sexaginta* 60
Solutionis Ammoniaci 16
Liqvoris Supercarbonatis ammonici pyroleosi . 16
singulorum partes sedecim.
Misceantur.
Sit turbidus, e fusco flavus, postea obscurior.

Spiritus camphoratus.

Ph. N. Ed. I.: Solutio camphoræ alcoholica.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Spiritus camphoratus (1 : 9). *Ph. Austr.: Spiritus camphoratus* (1 : 10). *Ph. Brit. & Ph. U St.: Spiritus camphoræ* (1 : 10). *Ph. Fr.: Alcool camphré.*

Campherspiritus.

Rp. **Camphoræ** contusæ *partes decem* 10
Spiritus diluti *partes nonaginta* . . . . 90.
Solvantur.

Præparatum:
Spiritus antiparalyticus . . . . 60 : 100.

Spiritus concentratus.

Ph. N. Ed. 1.: Alcohol rectificatissimum.

Ph. Svec. & Ph. Dan. Cfr. Ph. Dan.: Spiritus alcoholisatus (95—96 %).
Ph. Germ.: Spiritus (90—91 %). *Ph. Austr.: Spiritus vini concentratus* (90 %). *Ph. Brit.: Spiritus rectificatus* (84 %). *Ph. U. St.: Alcohol* (90 %).

Spiritus.

Sit limpidus, coloris expers, plane volatilis, reactionis neutralis, ponderis specifici 0,8311—0,8344, id qvod indicat 91—90 alcoholis anhydri partes mensura dimensas in 100 partibus contineri.

Sit a fermentoleo plane liber.

Præparata, in qvibus comparandis Spiritus concentratus adhibetur:

Acetum aromaticum,
Æther chloratus spirituosus,
„ spirituosus,
Collodium cantharidatum,
Extractum Secalis cornuti,
Folia Sennæ Spiritu extracta,
Linimentum Opodeldoc,
Liqvor acidus Halleri,
Massa pilularum de Cynoglosso,
Oleum Chamomillæ infusum,
„ Hyoscyami infusum,
Solutio Ammoniaci spirituosa,
„ Iodi spirituosa,
Spiritus ammoniacatus anisatus,
„ Lavandulæ,
„ Rosmarini,
Tinctura Asæ fœtidæ.
„ balsamica aromatica,

Tinctura Benzoës
" " composita,
" Castorei,
" Chinoidini,
" Cinnamomi,
" Colocynthidum composita,
Tinctura Guajaci ammoniacata,
" Myrrhæ,
" odontalgica,
Ungventum aromaticum.
Vinum Chinæ.

Spiritus dilutus.

Ph. N. Ed. I.: Alcohol rectificatum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Spiritus dilutus (70—68 %). *Ph. Germ.: Spiritus dilutus* (68—69 %). *Ph. Austr.: Spiritus vini dilutus* (70 %). *Ph. U. St.: Alcohol dilutus* (46 %). *Ph. Fr.: Alcool à 60 %.*

Sit ponderis specifici 0,9026—0,9049, id qvod respondet alcoholis anhydri partibus mensura dimensis 65 ad 64 in 100 partibus. Ceterum ita se habeat, ut de Spiritu concentrato jam monitum est.

Adhibetur ad præparationem:

Aqvæ amygdalarum amararum,
" Cinnamomi spirituosæ,
Extracti Aconiti,
" Belladonnæ,
" Hyoscyami,
" Nucis vomicæ,
Solutionis chloreti ferrici spirituosæ,
" subacetatis plumbici dilutæ,
Spiritus camphorati,
" saponis camphorati.
Tincturæ Absinthii,
" Aconiti,
" amaræ
" Arnicæ,
Tincturæ aromaticæ,
" " acidæ,
" Cantharidum,
" Chinæ,
" " compositæ.
" Digitalis.
" " rubræ,
" Gentianæ.
" Lobeliæ,
" Nucis vomicæ,
" Opii,
" " benzoicæ,
" Pimpinellæ,
" Ratanhiæ,
" Rhei amaræ,
" Valerianæ.

Spiritus tenuis.

Ph. N. Ed. I.: Alcohol tenue.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Spiritus tenuis (45—46 %).
Ph. Brit.: Spiritus tenuior. Ph. U. St.: Spiritus Frumenti „Whisky" (48—56%) *& Spiritus Vini Gallici „Brandy"* (48—56%).

Sit limpidus, coloris expers, a fermentoleo liber, ponderis specifici 0,9348, id qvod respondet alcoholis anhydri partibus mensura dimensis fere 50 in 100 partibus.

Spiritus Lavandulæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: (destillatione paratus).
Ph. Fr.: Esprit de Lavande. Ceteræ: Spiritus Lavandulæ.

L a v e n d e l s p i r i t u s.

Rp. **Ætherolei Lavandulæ** *partes duas* 2
Spiritus concentrati *partes nonaginta octo* . . 98.
Solvantur.

Præparata:
Liqvor Arseniitis kalici . . . . 5 : 100.
Tinctura Lavandulæ composita . . . . 70 : 100.

Spiritus Rosmarini.

Ph. Svec. (destill.).
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Spiritus Rosmarini (destill.). *Ph. Brit.:* (mixt.). *Ph. Fr.: Esprit de Romarin* (destill.).

R o s m a r i n s p i r i t u s.

Rp. **Ætherolei Rosmarini** *partes duas* 2
Spiritus concentrati *partes nonaginta octo* . . 98.
Solvantur.

Præparatum:

Tinctura Lavandulæ composita . . . . 30 : 100.

Spiritus Saponis camphoratus.

Ph. N. Ed. I.: Solutio Saponis alcoholica.

Ph. Svec.: (sine ætheroleo Origani Cretici paratus).

Ph. Dan.: (Ætheroleum Thymi loco ætherolei Origani Cretici).

Cfr. Ph. Germ.: Spiritus saponatus. Cfr. Ph. Austr.: Spiritus saponatus. Cfr. Ph. U. St.: Linimentum saponis.

Spiritus saponatus.

S æ b e s p i r i t u s.

Rp. **Saponis albi oleacei** rasi *partes sedecim* . . . 16
Camphoræ contusæ *partes tres* 3
Spiritus diluti *partes octoginta* . . . . . . 80.
Solutis addantur
Ætherolei Origani Cretici 1
„ **Rosmarini** 1
singulorum pars una.
Solutio filtrata in vase probe clauso servetur.
Dispensetur limpidus.

Spongia cerata.

Ph. N. Ed. I.: Spongiæ ceratæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Spongiæ ceratæ. Ph. Austr.: Spongia pressa. Ph. Fr.: Éponges préparées à la cire.

P r e s s v a m p.

Spongiæ marinæ purgatæ et siccatæ in frusta dissecentur, in ceram flavam liqvatam immergantur, prelo calefacto fortiter exprimantur, donec refrixerint, a cera superflua liberentur.

Spongia marina.

Ph. N. Ed. I.: Spongia.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Spongiæ marinæ. Ph. Fr.: Éponge fine.

S v a m p.

Spongia officinalis *L.* Zoophytum maris mediterranei.

Ad usum medicum non dispensanda est nisi mundata, mollior, minoribus poris et lucidiore colore prædita.

Præparatum:
Spongia cerata.

Stigmata Croci.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Fr.: Safran. Ceteræ: Crocus.

S a f r a n.

Crocus sativus *L.* **Irideæ.** Herba bulbosa orientalis, in Europa meridionali freqventer culta.

Stigmata siccata, subcaniculato-complanata, sensim dilatata, crispa, aurantiaca, plerumqve stylo luteo brevissimo insidentia, odoris fragrantis, peculiaris, saporis subdulcis.

Præferenda sunt Gallica, qvæ Gatinais vocantur; serventur a luce remota.

Præparata:
Massa pilularum de Cynoglosso.
Ungventum acetatis plumbici compositum.
Vinum Opii crocatum.

Stipites Dulcamaræ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Stipites Dulcamaræ. Ph. Austr., Ph. Brit. & Ph. U. St.: Dulcamara. Ph. Fr.: Douce-amère.

Solanum Dulcamara *L.* **Solanaceæ.** Suffrutex sarmentosus Norvegiæ.

Caules et rami flexuosi, foliorum cicatricibus alternis notati, longitudinaliter striati vel sulcati, peridermate subviridi vel e subfusco flavo, a cortice tenui primo viridi, postea albo facile separabili, ligno primo viridi, postea subflavo, valde poroso, sapore primo amaro, dein dulci.

Colligendi sunt stipites autumno post foliorum lapsum vel primo vere ante tempus florescendi.

Præparatum:

Species decocti lignorum . . . . 10 : 100.

Subnitras bismuthicus.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Bismuthum subnitricum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Bismuthi subnitras. Ph. Fr.: Sous-nitrate de Bismuth.

Magisterium Bismuthi.

Pulvis albus crystallinus, in acido hydrochlorato vel acido nitrico plane et sine effervescentia solubilis. Si solutioni acidulatæ pulveris solutio sulphidi hydrici abunde affundatur et præcipitatum inde effectum filtroqve collectum solutione sulpho-hydratis ammonici digeratur, liqvor inde filtratus acido hydrochlorato abunde addito

præcipitatum flavum ne exhibeat (As, Sb). Liqvor a præcipitato solutione sulphidi hydrici effecto filtratus et evaporatus residuum in igne persistens ne relinqvat (metalla, Ca, Mg, K, Na). Solutio acido nitrico acidulata ne acido sulphurico diluto (Pb), neve nitrate argentico (chloreta) neve chloreto baryco (acid. sulphuric.) turbetur. Pulvis acidis ne effervescat (carbonates).

V. Rp. **Bismuthi** venalis *partes viginti* 20
Nitratis kalici *partem unam* . . . . 1.

Seorsum subtilissime pulverata commisceantur et in crucibulum immittantur. Massa per horam inter assiduam agitationem liqvefacta, metallum liqvidum effundatur, a scoriis liberetur et vicesima sui parte ($^1/_{20}$) nitratis kalici addita eodem modo iterum tractetur.

Bismuthi hac ratione depurati et grosse pulverati *partes duæ* 2

in cucurbitam, in qva insunt

Acidi nitrici *partes novem* 9,

sensim ingerantur. In metallo addendo prospiciendum erit, ne qva pars ante addatur, qvam pars prius addita pæne soluta sit. Sub finem operationis vis acidi ope caloris balnei aqvæ augenda est.

Solutio seponatur, ut subsidat, tum limpide defundatur et ad crystallisationem evaporetur. **Crystallorum** ita paratarum *pars una* (1) cum **Aqvæ destillatæ** *partibus qvatuor* (4) misceatur, qvæ mixtio in vas, in qvo insunt **Aqvæ destillatæ** ad caloris gradum 50 calefactæ *partes viginti una* (21), inter agitandum infundatur. Quum præcipitatum inde effectum subsederit, liqvor supernatans, ut primum refrigeratus est, defundatur, qvo facto præcipitatum in filtrum imponatur, aqvæ destillatæ parva copia eluatur, tum inter plagulas chartæ bibulæ, qvamdiu hæ madefiunt, exprimatur et ad calorem gradus 40 non superantem siccetur.

Sulphas aluminico-kalicus. Alumen.

K. Al $(SO_4)_2$. 12 H_2O.

Ph. N. Ed. I.: Sulphas aluminico-kalicus crystallisatus.
Ph. Svec. & Ph. Dan.: Sulphas aluminico-kalicus.
Ph. U. St.: Aluminii et Potassii sulphas. Ph. Fr.: Sulfate d'Alumine et de Potasse, Alun. Ceteræ: Alumen.

A l u n.

Crystalli coloris expertes, subfatiscentes, sapore subdulci et adstringenti, in aqvæ frigidæ partibus circiter sedecim (16), fervidæ partibus æqualibus ad solutiones reactionis acidæ solubiles Solutio aqvosa solutione sulphidi hydrici ne turbetur. Solutio ammoniaci abunde addita præcipitatum album et gelatinosum exhibet, qvod solutione sulpho-hydratis ammonici addita aut ne aut leviter modo coloretur (Fe). Si sal vel solutionem ejus aqvosam cum solutione hydratis natrici calefeceris, odor ammoniaci ne spargatur.

Præparata:

Serum lactis aluminatum . . . . . . 1 : 200.
Sulphas aluminico-kalicus ustus.

Sulphas aluminico-kalicus ustus. Alumen ustum.

Ph. N. Ed. I.: Sulphas aluminico-kalicus siccus.
Ph. Svec.: Sulphas aluminico-kalicus ustus. Ph. Dan.: Sulphas aluminico-kalicus siccatus.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Alumen ustum. Ph. Brit.: Alumen exsiccatum. Cfr. Ph. U. St.: Alumen exsiccatum. Ph. Fr.: Sulfate d'Alumine et de Potasse desséché, Alun calciné.

B r æ n d t A l u n.

Massæ albæ, leves, spongiosæ, in aqva plane, sed

lente solubiles. Solutæ uti solutiones sulphatis aluminico-kalici se gerant.

Servetur in vase bene clauso.

V. **Sulphatis aluminico-kalici** grosse contusi qvantum vis in olla fictili capaciore non vitreata igne non nimis forti calefiat, donec aqva aufugerit, et massa spongiosa residua sit.

†† Sulphas atropicus.



$(C_{17}H_{23}NO_3)_2H_2SO_4$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Atropinum sulphuricum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Atropiæ Sulphas. Ph. Fr.: Sulfate d'Atropine.

S v o v e l s u r t A t r o p i n.

Crystalli subtiles, tenues, nitentes aut pulvis albus, in aqva vel spiritu facile solubilis, solutiones reactionis neutrius exhibens. Solutio salis aqvosa et concentrata solutionibus hydratis aut carbonatis kaliei vel natriei præcipitatum album in liqvore præcipitante abunde affuso plane solubile exhibeat. Solutio unius partis (1) crystallorum in aqvæ partibus ducentis (200) alkaliis ne mutetur. Crystalli ignitæ nullo residuo relicto conflagrent.

Cautissime servetur.

Dosis maxima: *Milligramma unum* . 0,001 gram.

Præparatum:

Solutio sulphatis atropici . . . . 1 : 200.

Sulphas calcicus ustus.



$CaSO_4$.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Calcaria sulfurica usta.

B r æ n d t G i p s.

Pulvis albus, qvi aqva addita in pultem redactus brevi tempore in massam duram obrigescit.

Servetur in vase bene clauso.

Sulphas chinicus.

$(C_{20} H_{24} N_2 O_2)_2 H_2 SO_4 . 7 H_2 O$.

Ph. N. Ed. I.: Sulphas chininicus crystallisatus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Chininum sulphuricum. Ph. Brit.: Qviniæ Sulphas. Ph. U. St.: Quiniæ Sulphas. Ph. Fr.: Sulfate de Quinin.

S v o v e l s u r t C h i n i n.

Crystalli subtiles, graciles, flexibiles, qvæ in aëre sicco et calido sepositæ circiter 11,7 % ponderis sui perdunt, avolante maxima ex parte aqva crystallina. In aqvæ frigidæ partibus octingentis (800), fervidæ partibus triginta (30), spiritus partibus sexaginta (60), in æthere vix solvuntur. In aqva acido sulphurico acidulata facillime solvuntur. Solutiones sunt sapore peramaro, colore cæruleseente; solutione ammoniaci addita præcipitatum album in æthere solubile exhibent (præcipitatum in æthere non solubile Cinchoninum indicat). Crystalli acido sulphurico concentrato et frigido affuso colorem rubrum ne induant (salicinum). Ignitæ nullo residuo relicto conflagrent.

Servetur in vase bene clauso.

Observa: Si copia aqvæ a medico præscripta ad solutionem efficiendam non sufficit, gutta una (1) acidi sulphurici diluti pro qvinis centigrammatibus (0,05 gram.) sulphatis chinici a pharmacopola addenda est.

† Sulphas cupricus.

$Cu\ SO_4 .\ 5\ H_2O$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Cuprum sulfuricum purum. Ph. Austr.: Cuprum sulphuricum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Cupri Sulphas. Ph. Fr.: Sulfate de cuivre, Couperose bleue, Vitriol bleue.

Svovelsurt Kobberoxyd. Kobbervitriol.

Crystalli cyaneæ, diaphanæ, in aqvæ frigidæ partibus tribus et dimidia ($3^1/_2$), ebullientis partibus æqvalibus solubiles. Solutio cum solutione ammoniaei abundanti commixta liqvorem prorsus limpidum et saturate cæruleum præbeat. Solutio, e qva cuprum solutionis sulphidi hydriei ope plane eliminatum est, evaporando residuum in igne persistens ne relinqvat.

Servetur caute.

Dosis maxima emetica: *Centigrammata sexaginta* 0,60 gram.

Sulphas ferrosus.

$Fe\ SO_4 .\ 7\ H_2O$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Ferrum sulfuricum purum. Ph. Austr.: Ferrum sulphuricum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Ferri sulphas. Ph. Fr.: Sulfate de fer, Couperose verte, Vitriol vert.

Svovelsurt Jernoxydul. Jernvitriol.

Crystalli pellucidæ, pallide viridiusculæ, prorsus siccæ, in aqvæ frigidæ circiter partibus duabus (2), fer-

vidæ parte æqvali, haud in spiritu solubiles. Solutio acidulata solutione sulphidi hydrici ne turbetur (Cu).

Servetur in vase probe clauso.

V. Rp. **Acidi sulphurici concentrati** *partes centum* 100
Aqvæ destillatæ *partes qvadringentas* . . 400.

In patina porcellanea caute mixtis sensim adjiciantur
Ferri in filis *partes sexaginta* 60
vel tanta copia, qvanta leni calefactione solvi potest. Quum evolutio gasis desierit, liqvor cum ferro abundanti per horas aliqvot digeratur. Solutioni filtratæ **Acidi sulphurici concentrati** *pars una* (1) admisceatur, qvo facto ad crystallisationem evaporetur.

Crystalli exortæ et infundibulo collectæ primum parva copia aqvæ, dein spiritu diluto abluantur et inter chartæ bibulæ plagulas ad temperaturam aëris ordinariam qvam celerrime siccentur.

Præparata:

Massa pilularum tonico-nervinarum . . . . . . 1 : 3.
Mixtura Ferri composita . . . . circiter 2 : 300.

Sulphas kalicus.

$K_2 SO_4$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali sulfuricum. Ph. Austr.: Kalium sulphuricum. Ph. Brit.: Potassæ Sulphas. Ph. U. St.: Potassii Sulphas.

S v o v e l s u r t K a l i.

Crystalli vel crustæ crystallinæ, coloris expertes, duræ, in aëre immutabiles, in aqvæ frigidæ partibus novem (9), fervidæ partibus qvatuor (4) solubiles. Solutiones ne solutione sulphidi hydrici neve carbonate na

trico turbentur (metalla, Mg). Solutio acido nitrico acidulata nitrate argentico addito ne præbeat præcipitatum (chloreta).

Præparatum:

Pulvis Ipecacuanhæ opiatus . . . . 80 : 100.

Sulphas magnesicus.

$Mg\ SO_4 .\ 7\ H_2\ O.$

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Magnesia sulfurica. Ph. Austr.: Magnesium sulphuricum. Ph. Brit.: Magnesiæ Sulphas. Ph. U. St.: Magnesii Sulphas. Ph. Fr.: Sulfate de magnésie, Sel de Sedlitz, Sel d'Epsom.

Svovelsur Magnesia. Engelsk Salt.

Crystalli parvæ, coloris expertes, sapore amaro, in aqvæ frigidæ partibus tribus (3), ebullientis parte una (1) solubiles. Solutio acidulata solutione sulphidi hydrici ne turbetur, solutio aqvosa, cui abundans copia solutionis ammoniaci et chloreti ammonici addita est, solutione sulpho-hydratis ammonici ne præbeat præcipitatum (metalla). Solutio diluta aqvosa et acido nitrico acidulata nitrate argentico ne turbetur (chloreta).

†† Sulphas morphicus.

$(C_{34}\ H_{19}\ N\ O_6)_2\ H_2\ SO_4 .\ 5\ H_2\ O.$

Ph. N. Ed. I.: Sulphas morphinicus.

Ph. Germ.: Morfinum sulfuricum. Ph. U. St.: Morphiæ Sulphas.

Svovelsurt Morphin.

Crystalli albæ, sericeo-nitentes, fasciculatim coalitæ, in aqva et spiritu facile solubiles; acido nitrico frigido

affusæ colorem e flavo rubrum induunt. Solutio aqvosa solutione hydratis natriei addita præcipitatum album præbeat, qvod in solutione præcipitante abunde affusa plane solvatur (si præcipitatum non plane solvitur, nareotinum adesse putandum est), odorem ammoniaci ne spargat (salia ammoniacalia). Crystalli ignitæ nullo residuo relicto conflagrent.

Cautissime servetur.

Dosis maxima: *Centigrammata tria* . . 0,03 gram.

Sulphas natricus.

$Na_2\ SO_4.\ 10\ H_2O.$

Ph. N. Ed. I.: Sulphas natricus crystallisatus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Natrum sulfuricum. Ph. Austr.: Natrum sulphuricum crystallisatum. Ph. Brit.: Sodæ Sulphas. Ph. U. St.: Sodii Sulphas. Ph. Fr.: Sulfate de Soude, Sel de Glauber.

Svovelsurt Natron. Glaubersalt.

Crystalli coloris expertes; in aëre sicco aqvam perdunt et fatiscunt; in aqvæ frigidæ partibus tribus (3), in aqvæ ad 33° calefactæ parte tertia ($^1/_3$), ebullientis partibus duabus qvintis ($^2/_5$) solubiles. Solutio acidulata solutione sulphidi hydriei ne turbetur, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammoniei neve phosphate natrico præbeat præcipitatum (metalla, Mg). Solutio aqvosa diluta et acido nitrico acidulata nitrate argentico ne præcipitatum, vix turbationem levem exhibeat (chloreta).

Servetur in vase bene clauso.

---

† Sulphas zincicus.

$ZnSO_4 . 7 H_2O$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Zincum sulphuricum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Zinci Sulphas. Ph. Fr.: Sulfate de zinc, Couperose blanche, Vitriol blanc.

S v o v e l s u r t Z i n k o x y d.

Crystalli coloris expertes, in aëre sicco fatiscentes aufugiente ex parte aqva crystallisationis, in aqvæ parte æqvali solubiles. Solutio acido hydrochlorato acidulata solutione sulphidi hydrici ne turbetur; solutio aqvosa solutione ammoniaci et sulpho-hydratis ammonici addita præcipitatum album, ne coloratum (Fe, Mn) exhibeat. Liqvor a præcipitato inde effecto filtratus evaporatione residuum in igne persistens ne relinqvat (terræ alkalinæ, alkalia). Solutio diluta aqvosa et acido nitrico acidulata nitrate argentico præcipitatum ne præbeat (chloreta).

Servetur caute in vitro bene clauso.

Dosis maxima emetica: *Centigrammata sexaginta* 0,60 gram

V. **Zincum** vel **Oxydum zincicum** venale in sufficienti copia **Acidi sulphurici diluti** leni calore adhibito solvatur. Solutio inde effecta cum zinco abundanti per aliqvot horas digeratur, tum filtretur et ad crystallisationem evaporetur. Crystalli exortæ calore gradus 30 non superante inter plagulas chartæ bibulæ siccentur.

Præparatum:

Liqvor ophthalmicus . . . . circiter 4 : 1000.

Sulphidum stibicum.

$Sb_2 S_5$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Stibium sulphuratum aurantiacum. Ph. Fr.: Soufre doré d'antimoine.

Sulphur auratum Antimonii.

Guldsvovel.

Pulvis aurantiacus, odoris expers, in aqva et spiritu insolubilis. In solutione hydratis kalici plane solvatur. Si cum solutione bicarbonatis natrici conqvassetur, liqvor filtratus, addito acido hydrochlorato abundanti, præcipitatum flavum ne exhibeat ($As_2 S_3$). Si cum solutione acidi tartarici frigida et diluta conqvassatum sit, liqvor filtratus, addita solutione sulphidi hydrici, aut nullum aut levissimum modo præcipitatum coloris aurantiaci præbeat ($Sb_2 O_3$). Aqva, qvacum digeratur et filtretur, sit ad chartam exploratoriam indifferens neve nitrate argentico neve chloreto baryco turbetur (chloreta, sulphates).

Servetur in vitro bene clauso et a luce remoto.

V. Rp. **Carbonatis natrici crudi** *partes centum* . 100
Aqvæ *partes qvadringentas* . . . . . . 400.

In cacabo ferreo solutis et ad ebullitionem calefactis addantur **Oxydi calcici** *partes triginta* (30) cum qvadruplice sui copia aqvæ in massam pultariam antea conversæ. Mixtio per dimidiam horam coqvatur, tum addantur **Sulphuris sublimati** *partes decem* (10). Omni sulphuri soluto admisceantur **Sulphureti stibici crystallisati** subtiliter pulverati *partes viginti* (20). Tum inter agitationem assiduam et aqvam evaporatione dissipatam restituendo coqvatur, donec color cinereus mixtionis evanuerit. Qvo

facto per aliqvod tempus seponatur, liqvor limpidus defundatur et pars residua cum aqvæ partibus ducentis (200) iterum decoqvatur atqve filtretur. Liqvores ita obtenti commisceantur et ad crystallisationem evaporentur. Crystalli inde ortæ in infundibulum imponantur et aqva destillata, cui additum est pauxillum solutionis hydratis natrici, abluantur.

Harum crystallorum *partes viginti qvinqve* (25) in **Aqvæ destillatæ** *partibus centum et qvinqvaginta* (150) solvantur. Solutio, si turbida sit, filtrata **Aqvæ destillatæ** *partibus ducentis* (200) diluatur et in mixtionem refrigeratam ex **Acidi sulphurici concentrati** *partes octo* (8) et **Aqvæ destillatæ** *partibus centum et qvinqvaginta* (150) paratam inter assiduam agitationem infundatur. Præcipitatum inde effectum aqva destillata abluatur, donec liqvor defluens reactionem acidam non præbeat; tum in solutionem frigidam paratam e **Bicarbonatis natrici** *partibus duabus* (2) et **Aqvæ destillatæ** *partibus qvadraginta* (40) immissum per biduum maceretur. Deinde præcipitatum in filtro collectum aqvæ destillatæ ope prorsus eluatur, tum inter plagulas chartæ bibulæ expressum loco tepido qvam citissime siccetur.

Sulphur præcipitatum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Fr.: Soufre précipité. Ceteræ: Sulphur præcipitatum.

Lac sulphuris.

Svovelmelk.

Sit pulvis subtilissimus, pallide flavus, odoris pæne expers, ignitus nullo residuo relicto conflagrans. Si grammata qvinqve (5) pulveris cum solutionis ammoniaci

grammatibus decem (10) digesseris, liqvor inde filtratus et, acido hydrochlorato abunde addito, per aliqvod tempus sepositus præcipitatum ne exhibeat (As). Si pulvis cum aqva conqvassatur, liqvor inde filtratus chartam exploratoriam ne permutet, neve oxalate ammonico (Ca) neve nitrate argentico (acid. hydrochlorat.) neve chloreto baryco (acid. sulphuric.) præcipitatum exhibeat.

Servetur in vase bene clauso.

V. Rp. **Oxydi calcici** *partem unam* 1
Aqvæ *partes qvinqve* . . . . 5.

In lebetem ferreum capaciorem ingestis et in massam pultaceum conversis addautur

Sulphuris sublimati *partes duæ* 2
et **Aqvæ** *partes viginti qvinqve* . . . . 25.

Tum mixtio parata inter agitationem perpetuam per horam coqvatur, dum aqva evaporata subinde substituatur. Liqvor deiu per aliqvod tempus sepositus limpide defundatur. partes, qvæ residuæ sint, cum aqvæ partibus qvindecim (15) per dimidiam horam coqvantur, qvo facto liqvor item limpide defundatur vel filtretur. Liqvoribus limpidis in vase capaciore commixtis tanta copia mixtionis ex **Acidi hydrochlorati** et **Aqvæ** *partibus æqvalibus* inter agitandum affundatur, ut liqvor reactionem leviter modo alkalinam præbeat. Tum præcipitatum qviete subsidens a liqvore supernataute defuudendo celeriter separetur, aqva destillata affusa et iterum defusa lavetur, dein in sacculum linteum ingestum prorsus eluatur, tum exprimatur et calore gradus 35 non superante qvam citissime siccetur. Si præcipitatum elotum colorem obscuriorem præbet, qvod portiunculam sulphureti ferrosi immixtam indicat, præcipitatum istud, anteqvam siccetur, cum acido hydrochlorato diluto terendum et denuo prorsus eluendum est.

Sulphur sublimatum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Sulphur sublimatum venale.
Ph. Germ.: Sulfur sublimatum. Ph. Brit., Ph. U. St. & Ph. Austr.: Sulphur sublimatum. Ph. Fr.: Fleur de soufre.

Flores sulphuris.

S v o v e l b l o m m e.

Pulvis citrinus, in aqva insolubilis; ignitus nullo fere residuo conflagret. Aqva, qvacum digesseris, reactionem plerumqve acidam præbet.

Præparata:

Sulphur sublimatum elotum.
Ungventum sulphuris compositum . . . . . . 15 : 100.

Sulphur sublimatum elotum.

Ph. Svec. Ph. Dan.: Sulphur sublimatum.
Ph. Germ.: Sulfur depuratum. Ph. U. St.: Sulphur lotum. Ph. Fr.: Fleurs de soufre lavées.

R e n s e t S v o v e l b l o m m e.

Pulvis subtilis, citrinus, siccus, in aqva insolubilis; ignitus residuo fere nullo relicto conflagret. Aqva, qvacum digesseris, reactionem acidam ne præbeat. Si pulveris grammata qvinqve (5) cum grammatibus decem (10) solutionis ammoniaci digesseris, liqvor filtratus, acido hydrochlorato et solutione sulphidi hydrici abunde additis, ne exhibeat præcipitatum (As).

Servetur in vase bene clauso.

V. **Sulphur sublimatum** cum aqva destillata, cui admixta est duodecima pars ($^1/_{12}$) **Solutionis Ammoniaci,** teratur et

in massam pultariam conversum per biduum digeratur; dein massa aqva destillata prorsus eluatur et siccata per cribrum trajiciatur.

Sulphuretum stibicum amorphum.

$Sb_2 S_3$.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Brit. & Ph. U. St.: Antimonium sulphuratum.

Pulvis subtilissimus, e rubro fuscus, non in aqva, facile in acido hydrochlorato sub evolutione gasis sulphidi hydrici solubilis. Sit in solutione hydratis natrici prorsus solubile. Si pulverem cum solutione acidi tartarici diluta digesseris, liqvor inde filtratus solutione sulphidi hydrici addita turbationem tantummodo levissimam e flavo rubram præbeat ($Sb_2 O_3$). Si mixtionem e pulveris parte una (1) et nitratis natrici partibus qvatuor (4) in crucibulo porcellaneo combusseris, massa residua cum aqva digesta et filtrata et acido nitrico accurate saturata, nitrate argentico addito, ne præcipitatum e fusco rubrum exhibeat (As). Aqva, qvacum pulvis conqvassetur, sit ad chartam exploratoriam indifferens neve nitrate argentico neve chloreto baryco turbetur (chloreta, sulphates).

Servetur in vitro bene clauso.

V. Rp. **Sulphureti stibici crystallisati** subtilissime pulverati *partem unam* 1,

Solutionis hydratis kalici (continentis hydratis kalici circiter 20 %, qvod ponderi specifico 1,25 respondet) *partes qvatuor* 4,

Aqvæ *partes qvindecim* . . . . 15.

In lebete ferreo vel patina porcellanea per dimidiam horam inter agitationem assiduam concoqvantur; tunc addantur

Aqvæ bullientis *partes qvinqvaginta* . . . 50.

qvo facto filtretur et residuum aqva calida eluatur. Liqvor ita obtentus in mixtionem antea paratam

Acidi hydrochlorati crudi (pondere specifico 1,165) *partium duarum* 2

et **Aqvæ** *partium viginti* 20

inter agitandum infundatur. Inter hoc providendum est, ut liqvor, præcipitatione peracta, acide reagat. Præcipitatum inde effectum aqva destillata eluatur, dein cum solutione frigida ex

Bicarbonatis natrici *parte una* 1

et **Aqvæ destillatæ** *partibus viginti* 20

parata per biduum maceratum in colatorium linteum imponatur et aqva destillata prorsus eluatur, tum exprimatur et loco tepido et obscuro siccetur.

Præparatum:

Kermes mineralis . . . . 90 : 100.

Sulphuretum stibicum crystallisatum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec.: Sulphuretum stibicum crudum. Ph. Dan.: Sulphuretum stibicum.

Ph. Germ.: Stibium sulfuratum crudum. Ph. Austr.: Stibium sulphuratum nigrum. Ph. Brit.: Antimonium nigrum (lævigat.). Ph. U. St.: Antimonii Sulphuretum (lævigat.). Ph. Fr.: Sulfure d'antimoine.

Antimonium crudum.

C r y s t a l l i s e r e t S v o v e l a n t i m o n.

Frusta ponderosa, e nigro grisea, fractura radiatim crystallina, in aqva insolubilia; subtiliter pulverata in acido hydrochlorato maxima ex parte sub effervescentia gasis sulphidi hydrici solvantur. Solutio acidi hydro-

chlorati ope effecta evaporando vel spiritum addendo aut nullas aut perpaucas modo crystallos demittat (Pb), cum solutione ammoniaci supersaturata et filtrata colorem aut nullum aut leviter modo cærulescentem præbeat (Cu). Sit ab arsenio, qvantum fieri potest, liberum, qvod eadem ratione agnosci potest, qvæ in sulphureto stibico amorpho commemorando exposita est.

Supercarbonas ammonicus.

Ph. N. Ed. I.: Sesqvicarbonas ammonicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. & Ph. Austr.: Ammonium carbonicum. Ph. Brit.: Ammoniæ carbonas. Ph. U. St.: Ammonii carbonas.

Kulsur Ammoniak. Hjortetaksalt.

Massæ albæ, subdiaphanæ, duræ, crystallinæ, in superficie sæpius pulvere albo tectæ, odoris fortis ammoniacalis, in aqvæ partibus qvatuor (4) solubiles; ignitæ plane avolent. Solutio acido nitrico acidulata ne solutione sulphidi hydrici (metalla, Pb) neve chloreto baryco præcipitetur; nitrate argentico addito aut nullam aut exiguam modo turbationem præbeat (chloreta).

Servetur in vase bene clauso.

Præparatum:

Supercarbonas ammonicus pyroleosus.

Supercarbonas ammonicus pyroleosus.

Ph. N. Ed. I.: Sesqvicarbonas ammonicus pyro-oleosus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Ammonium carbonicum pyro-oleosum. Ph. Fr. Carbonate d'ammoniaque empyreumatique.

Rp. **Supercarbonatis ammonici** pulverati
partes nonaginta septem 97.

Terendo sensim admisceantur
Pyrolei animalis rectificati *partes tres* . . . 3.

Præparata:
Liqvor succinatis ammonici pyroleosi.
„ supercarbonatis ammonici pyroleosi . . . 1 : 7.

Superoxydum manganicum.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Manganum hyperoxydatum. Ph. Austr.: Manganum hyperoxydatum nativum. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Manganesii Oxidum nigrum. Ph. Fr.: Oxyde de Manganèse ou Peroxyde de Manganèse.

Manganhyperoxyd. Brunsten.

Pulvis vel massæ crystallinæ, ponderosæ, e cano atræ, cum acido hydrochlorato ignitæ chlorum copiose evolventes.

Adhibetur ad præparationem:
Ætheris chlorati spirituosi,
Pulveris ad fumigationes chlori.

Syrupus Althææ.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr. Ph. Fr.: Sirop de Guimauve.

Althæa-Syrup.

Rp. **Radicis Althææ** concisæ 2
„ **Glycyrrhizæ** concisæ 2
singularum partes duas.
Per horam macerentur cum
Aqvæ tanta copia, qvanta ad colaturam
partium qvadraginta 40
expressione omissa obtinendam reqviratur.
Liqvori in balneo aqvæ calefacto addantur
Sacchari albi *partes sexaginta* . . . . . . 60.

Syrupus Aurantii.

Ph. Svec. & Ph. Dan. (sine spiritu).

Ph. Germ.: Syrupus Aurantii corticis. Ph. Austr.: Syrupus Aurantiorum corticum. Ph. Brit.: Syrupus Aurantii. Cfr. Ph. U. St.: Syrupus Aurantii corticis. Ph. Fr.: Sirop d'Orange.

Pommerants-Syrup.

Rp. **Tincturæ Aurantii** *partes decem* 10
Syrupi sacchari *partes nonaginta* . . . . . 90.
Misceantur.

Syrupus iodeti ferrosi.

Ph. N. Ed. I.: Solutio iodeti ferrosi saccharata.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Syrupus ferri iodati (iodeti ferrosi circiter 5 %). *Ph. Austr.: Syrupus ferri iodati* (12 %). *Ph. Brit.: Syrupus ferri iodidi* (circit. 7 %). *Ph. U. St.: Syrupus ferri iodidi* (circit. 12 %). *Ph. Fr.: Sirop d'iodure de fer* (0,5 %).

Rp. **Iodi** *partes octoginta duas* 82
Ferri pulverati *partes triginta* . . . . 30.
Conterantur in mortario ferreo cum idonea aqvæ qvantitate. Iodo soluto et colore fusco primum orto in colorem viridem converso totum in filtrum parvum collocetur et aqva plane eluatur. Solutioni filtratæ addatur
Aqvæ tantum,
qvantum ad *partes qvadringentas* 400
obtinendas reqviratur.
Adde demum
Syrupi sacchari *partes sexcentas* . . . . . . 600.
Misceantur.
Sit coloris expers. Servetur in vitris pellucidis.
Partes centum (100) continent iodeti ferrosi circiter partes decem (10).

Syrupus Myrtilli.

Ph. N. Ed. I.

B l a a b æ r - S y r u p.

Fructus **Vaccinii Myrtilli** recentes contundantur et, ut fermententur, in temperatura graduum 20—25 seponantur. Fermentatione peracta succus exprimatur, coqvatur, per aliqvot dies seponatur. Liqvor a sedimento limpide defusus filtretur.
Succi ita parati *partibus qvadraginta* 40
addantur
Sacchari albi *parte sexaginta* . . . . 60.
Balnei vaporis ope solutæ colentur. Syrupus plane refrigeratus in lagenas bene siccatas immittatur.

Syrupus opiatus vel Thebaicus

loco Syrupi opiati Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Syrupus Thebaicus.
Cfr. Ph. Germ.: Syrupus opiatus (Extract. Opii 0,1 %). *Ph. Brit.: Syrupus Papaveris. Ph. Austr.: Syrupus Diacodii. Ph. Fr.: Sirop d'Opium* (Extract. Opii 0,2 %) *& Sirop Diacode* (Extract. Opii 0,05 %).

O p i u m - S y r u p.

Rp. **Tincturæ Opii** *partem unam* 1
Syrupi sacchari *partes nonaginta novem* . . 99.
Misceantur.

Nota: Partes duæ (2) respondent parti uni (1) syrupi opiati Ed. I.

Syrupus Rubi Idæi.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr. Ph. Fr.: Sirop de framboises.

B r i n g e b æ r - S y r u p.

E fructibus **Rubi Idæi** recentibus uti syrupus Myrtilli paretur.

Præparata:
Mixtura acida.
„ camphorata.
„ „ acida.

Syrupus sacchari.

Ph. N. Ed. I.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. & Ph. Austr.: Syrupus simplex. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Syrupus. Ph. Fr.: Sirop de sucre incolore.

Sukker-Syrup.

Rp. **Sacchari albi** *partes sexaginta* 60
Aqvæ *partes qvadraginta* . . . . 40.
In balneo aqvæ solvantur. Syrupus coletur et plane refrigeratus in lagenas siccas immittatur.

Præparata:

Emulsio Amygdalarum.
" oleosa.
Liqvor citratis kalici.
Mixtura alba.
Mixtura Ferri composita.
Syrupus Aurantii.
" iodeti ferrosi.
" opiatus.

Syrupus Senegæ.

Ph. N. Ed. I.: Syrupus Polygalæ.

Cfr. Ph. Svec. (Rad. Senegæ 1 ad syrupi partes 28). *Ph. Dan.*
Ph. Germ. Ph. U. St.

Senega-Syrup.

Rp. **Radicis Senegæ** concisæ *partes qvatuor* . . . 4.
Coqve per dimidiam horam cum
Aqvæ tanta copia,
qvanta, liqvore colato et filtrato, ad *partes qvadraginta* 40
obtinendas reqviratur.
In balneo aqvæ calefactis addantur
Sacchari albi *partes sexaginta* . . . . . . 60.

Syrupus Sennæ mannatus.

Ph. N. Ed. I.: Syrupus Cassiarum mannatus.

Ph. Svec. (sine rhizomate Zingiberis). *Ph. Dan.*
Cfr. Ph. Germ.: Syrupus Sennæ cum Manna. Ph. Austr.: Syrupus mannatus. Ph. Brit.: Syrupus Sennæ.

Manna-Syrup.

Rp. **Fructuum Foeniculi** contusorum 1
Rhizomatis Zingiberis contusi 1
singulorum partem unam,
Foliorum Sennæ concisorum *partes decem* . . 10
Mannæ *partes qvindecim* 15
Aqvæ fervidæ tanta copia,
qvanta, mixtione per horas duas seposita, ad colaturæ
partes qvinqvaginta 50
obtinendas reqviratur.
Adde demum
Sacchari albi pulverati *partes qvinqvaginta* . 50.

Præparatum:
Electuarium aperiens . . . . S : 15.

Tartarus boraxatus.

Ph. N. Ed. I.: Tartras boraxato-kalicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Tartarus boraxatus (seu Kali tartaricum boraxatum). Ph. Fr.: Tartrate borico-potassique.

Borax-Vinsten.

Rp. **Biboratis natrici** *partem unam* 1
Aqvæ destillatæ fervidæ *partes decem* . . . 10.
In patina porcellanea calefiant; solutis addantur
Bitartratis kalici *partes duæ* 2,
qvibus solutis liqvor filtretur, deinde evaporetur, donec massa tenax remaneat, qvæ, dum calida est, in laminas tenues extrahatur et leni calore siccetur; qvo facto massa pulveretur et in vitrum siccum et calefactum imponatur.

Sit pulvis albus, facile humescens, sapore acido, in aqvæ parte æqvali solubilis. Solutio acidulata solutione sulphidi hydrici addita ne turbetur, solutio alkalina ne

solutione sulpho-hydratis ammonici neve carbonate ammonico exhibeat præcipitatum (metalla, Ca).

Servetur in vitro bene clauso.

Tartras kalicus.

$K_2 C_4 H_4 O_6$.

Ph. N. Ed. I.: Tartras bikalicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ.: Kali tartaricum. Ph. Austr.: Kalium tartaricum. Ph. Brit.: Potassæ Tartras. Ph. U. St.: Potassii Tartras. Ph. Fr.: Tartrate neutre de Potasse.

Vinsurt Kali.

Crystalli diaphanæ, coloris expertes, in aqvæ frigidæ partibus tribus qvartis ($^3/_4$), ebullientis parte dimidia ($^1/_2$) solubiles, solutiones neutrales vel subalkalinæ reactionis præbentes. Solutio acidulata ne solutione sulphidi hydrici, alkalina ne solutione sulpho-hydratis ammonici neve oxalatis ammonici præbeat præcipitatum (Cu, Sn, Fe, Ca). Solutio acido nitrico acidulata ne chloreto baryco (acid. sulphuric.), ne aut leviter tantummodo nitrate argentico turbetur (chloreta).

V. Rp. **Bicarbonatis kalici** *partes qvinqve* 5
Aqvæ destillatæ *partes duodecim* . . . . 12.

In patina porcellanea, donec ebulliant, calefiant. Sensim et inter agitandum addantur

Bitartratis kalici *partes novem* 9

vel tanta copia, ut solutio reactionem leviter alkalinam præbeat. Tum liqvor filtretur et ad crystallisationem evaporetur. Crystalli inde ortæ siccentur.

Præparata:

Electuarium aperiens	1 : 15.
Infusum Sennæ compositum	3 : 100.
Mixtura aperiens	1 : 6.

Tartras natrico-kalicus. Tartarus natronatus.



$K Na C_4 H_4 O_6 . 4 H_2 O.$

Ph. N. Ed. I.: Tartras natrico-kalicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Tartras natrico-kalicus.
Ph. Germ.: Tartarus natronatus (seu Natro-Kali tartaricum). Ph. Austr.: Kalium natrio-tartaricum. Ph. Brit.: Soda tartarata. Ph. U. St.: Potassii et Sodii tartras. Ph. Fr.: Tartrate de Potasse et de Soude (Sel de Seignette de la Rochelle).

Seignette-Salt.

Crystalli pellucidæ, coloris expertes, leni calore liqvescentes, in aqvæ frigidæ partibus duabus (2) solubiles. Solutio aqvosa ne solutione sulphidi hydrici neve solutione sulpho-hydratis ammonici neve oxalate ammonico turbetur (metalla, Ca). Solutio acido nitrico acidulata nitrate argentico vel chloreto baryco leviter modo turbetur (chloreta, sulphates).

V. Rp. **Carbonatis natrici** *partes qvatuor* 4
Aqvæ destillatæ *partes viginti* . . . . . . 20.

In patina porcellanea usqve ad ebullitionem calefactis sensim et inter agitandum addantur

Bitartratis kalici *partes qvinqve* 5

vel tanta copia, ut solutio leviter alkaline reagat: tunc liqvor per aliqvod tempus sepositus filtretur et ad crystallisationem evaporetur. Crystalli exortæ parva copia aqvæ destillatæ frigidæ abluantur et siccentur.

Præparatum:
Pulvis effervescens compositus.

—

† Tartras stibico-kalicus. Tartarus stibiatus.

K Sb O $C_4 H_4 O_6$. 2 $H_2 O$.

Ph. N. Ed. I.: Tartras stibico-kalicus.

Ph. Svec. & Ph. Dan.: Tartras stibico-kalicus.

Ph. Germ.: Tartarus stibiatus (s. Stibio-Kali tartaricum). Ph. Austr.: Kalium stibio-tartaricum. Ph. Brit.: Antimonium tartaratum. Ph. U. St.: Antimonii et Potassii Tartras. Ph. Fr.: Tartrate de Potasse et d'Antimoine.

B r æ k - V i n s t e n.

Crystalli pellucidæ, nitentes, aut porcellanicæ albæ, octaëdricæ vel tetraëdricæ, in aqvæ frigidæ partibus qvindecim usqve ad viginti (15—20), ebullientis partibus duabus (2), haud in spiritu solubiles, solutiones reactionis subacidæ exhibentes. Qvum in cochlea ferrea igniveris et, donec acidum tartaricum prorsus deletum sit, calorem sensim auxeris, massa inde effecta candefacta et adhalata odorem alliaceum ne spargat (As). Solutio aqvosa et parva copia acidi tartarici acidulata ne nitrate argentico neve chloreto baryco turbetur (chloreta, sulphates).

Servetur caute in vase bene clauso.

Dosis maxima: *Centigrammata qvindecim* 0,15 gram.

V. Rp. **Oxydi stibici** *partes qvatuor* 4
Bitartratis kalici *partes qvinqve* 5
Aqvæ destillatæ *partes qvinqvaginta* . . . 50.

Commixtæ in patina porcellanea per horam inter sæpius agitandum coqvantur, dum aqva evaporatione dissipata restituatur. Liqvor, dum calidus est, filtretur et evaporetur, donec residuæ sint partes triginta (30); dein seponatur, ut crystallos efficiat. Crystalli ortæ et e liqvore exemptæ aqva destillata frigida abluantur et inter plagulas chartæ bibulæ siccentur.

E lixivia remanenti plures crystalli evaporando comparari possunt.

Præparata:

Ungventum stibiatum . . . . 20 : 100.
Vinum stibiatum . . . . 4 : 1000.

Testæ Ostrearum præparatæ.

Ph. N. Ed. I.: Conchæ Ostreæ.

Ph. Dan.
Ph. Germ.: Conchæ præparatæ. Ph. U. St.: Testa præparata.

Præparerede Østersskaller.

Ostrea edulis *L.* **Mollusca. Acephala.** Ad litora Norvegiæ freqvens.

Testæ Ostrearum a sordibus bene purgatæ cum aqva coqvantur, scopulæ ope a qvisqviliis mundentur, deinde abluantur, siccentur, in pulverem subtilissimum terantur, aqva lævigentur et iterum siccentur.

Præparatum:

Mixtura alba.

Tincturæ.

Ph. N. Ed. I.: Essentiæ.

Ph. Fr.: Teintures. Ceteræ: Tincturæ.

Tincturæ, nisi alia parandi ratio expresse præscripta est, hac ratione parandæ sunt.

Species aut minutim concisæ aut grosse pulveratæ cum menstruo extrahenti in cucurbita vel alio idoneo vase commisceantur. Cucurbitæ excipulum ita instructum adaptetur, ut nihil vaporum transgredientium deperdatur. Tum liqvor, qvi in cucurbita inest, in balneo aqvæ per dimidiam horam leniter coqvatur, in qvo ob-

servandum est, ut, coctione non abrupta, qvam minima pars liqvoris destillet. Liqvore omnino refrigerato, qvæ pars transgressa sit, in cucurbitam refundatur, qvo facto coletur et exprimatur.

Si maceratio aut digestio præscripta est, hæc fiat calore graduum 35—40, illa calore graduum 15—25. Vasa inter macerationem claudantur, inter digestionem vesica humida, qvæ acu perforanda est, obtegantur.

Serventur tincturæ in lagenis bene obturatis.

Tinctura Absinthii.

Ph. N. Ed. I.: Essentia Absynthii.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. Germ. Ph. Fr.: Teinture d'Absinthe.

M a l u r t - T i n c t u r.

Rp. **Herbæ Absinthii** *partes viginti* 20
Spiritus diluti *partes centum* . . . . 100.
Fiat tinctura.

---

† Tinctura Aconiti

loco Essentiæ Aconitorum Ph. N. Ed. I.

Ph. Dan.

Ph. Germ.: Tinctura Aconiti (Tuber. 10 : 100). *Ph. Austr.: Tinctura Aconiti* (Tuber. 20 : 100). *Ph. Brit.: Tinctura Aconiti* (Tuber. circit. 12 : 100). *Ph. U. St.: Tinctura Aconiti radicis* (12 : 40). *Cfr. Ph. Fr.: Alcoolature d'Aconite* (Fol. recent. Aconiti & Spiritus (90 %) partes æqvales, per decem dies maceratæ).

A c o n i t - T i n c t u r.

Rp. **Herbæ Aconiti** concisæ *partes decem* 10
Spiritus diluti *partes centum* . . . . 100.

Per dies qvinqve macerata exprimantur.
Caute servetur.
Dosis maxima: *Guttæ triginta* (30).
Nota: Partes duæ (2) respondent parti uni (1) essentiæ Aconitorum Ph. N. Ed. I.

Tinctura amara.

Ph. N. Ed. I.: Essentia amara.

Ph. Dan. Cfr. Ph. Svec.: Tinctura Absinthii composita (sine fruct. Anisi. Rhizoma Galangæ loco radicis Gentianæ).

Cfr. Ph. Germ.: Tinctura amara. Ph. Austr.: Tinctura Absinthii composita.

Bitter Tinctur.

Rp. **Fructuum Anisi** *partem unam* 1
„ **Aurantii immaturorum** 3
Foliorum Cardui benedicti 3
Radicis Gentianæ 3
singulorum partes tres,
Herbæ Absinthii *partes decem* 10
Spiritus diluti *partes centum* . . . . 100.
Fiat tinctura.

Tinctura antihysterica.

Moderdraaber.

Rp. **Tincturæ Asæ fœtidæ** *partes decem* 10
„ **Castorei** 1
Ætheris spirituosi camphorati 1
singulorum partem unam.
Fiat tinctura.

Tinctura Arnicæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Austr.: (20 : 100, e rhizomate, foliis, floribus parata). *Ph. Brit.:* (5 : 100, e rhizomate Arnicæ). *Ph. U. St.:* (circit. 15 : 100). *Ph. Fr.: Teinture d'Arnica* (20 : 100).

Arnica-Tinctur.

Rp. **Florum Arnicæ** *partes decem* 10
Spiritus diluti *partes centum* . . . . 100.
Fiat tinctura.

Tinctura aromatica.

Ph. N. Ed. I.: Essentia aromatica.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.

Aromatisk Tinctur.

Rp. **Fructuum Cardamomi** 25
Florum Caryophylli 25
Rhizomatis Galangæ 25
,, **Zingiberis** 25
singulorum partes viginti qvinqve,
Corticis Cinnamomi Ceylanici *partes centum* . 100
Spiritus diluti *partes mille* . . . . 1000.
Fiat tinctura.

Præparatum:
Tinctura aromatica acida . . . . 95 : 100.

Tinctura aromatica acida.

Ph. N. Ed. I.: Essentia aromatica acida.

Ph. Svec. Ph. Dan.: (Species tincturæ aromatic. 5, Acid. sulphur. conc. 1, Spiritus dilut. 24).
Ph. Germ.

Rp. **Acidi sulphurici concentrati** *partes qvinqve* . . 5
Tincturæ aromaticæ *partes nonaginta qvinqve* 95.
Caute misceantur; refrigerata filtrentur.
Sit limpida.

Tinctura Asæ fœtidæ.

Ph. N. Ed. I.: Essentia Ferulæ.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ. Ph. Brit. & Ph. U. St.: Tinct. Assafoetidæ. Ph. Fr.: Teinture d'Asa foetida.

D y v e l s d r æ k - D r a a b e r.

Rp. **Gummi-resinæ Asæ fœtidæ** *partes viginti* . . 20
Spiritus concentrati *partes centum* . . . . . 100.
Fiat tinctura.

Præparatum:
Tinctura antihysterica . . . . 10 : 12.

Tinctura Aurantii.

Ph. N. Ed. I.: Essentia Aurantii.

Ph. Svec. & Ph. Dan.
Ph. Germ.: Tinctura Aurantii corticis. Ph. Austr.: Tinct. Aurantiorum corticis. Ph. Brit.: Tinctura Aurantii recentis. Ph. U. St.: Tinctura Aurantii. Ph. Fr.: Teinture d'écorce d'oranges amères.

P o m m e r a n t s - T i n c t u r.

Rp. **Corticis fructuum Aurantii** *partes viginti* . . 20
Spiritus diluti *partes centum* . . . . 100.
Fiat tinctura.

Præparatum:
Syrupus Aurantii . . . . 10 : 100.

Tinctura balsamica aromatica.

Ph. N. Ed. I.: Essentia ætherea balsamica.

Ph. Dan.

Cfr. Ph. Germ.: Mixtura oleoso-balsamica. Ph. Austr.: Balsamum vitæ Hoffmanni.

Balsamum vitæ Hoffmanni.

Røde Hoffmannsdraaber.

Rp.	**Pyrolei Succini rectificati** *partes duas*	2
	Ætherolei Caryophylli	4
	„ **Cassiæ**	4
	„ **Lavandulæ**	4
	„ **Macidis**	4
	singulorum partes qvatuor,	
	Balsami Peruviani	6
	Radicis Alkannæ	6
	singulorum partes sex,	
	Spiritus concentrati *partes nongentas septuaginta*	970.

Mixtio inter agitationem sæpius repetitam per unum diem macerata filtretur.

Tinctura Benzoës.

Ph. Svec. & Ph. Dan.

Ph. U. St.: Tinctura Benzoini. Ph. Fr.: Teinture de Benjoin. Ceteræ: Tinctura Benzoës.

Benzoë-Tinctur.

Rp.	**Resinæ Benzoës** *partes viginti*	20
	Spiritus concentrati *partes centum*	100.

Fiat tinctura.

Tinctura Benzoës composita.

Ph. Dan.

Saardraaber.

Rp. **Aloës** *partem unam* 1
Balsami Peruviani *partes duas* 2
Resinæ Benzoës *pulveratæ partes novem* . . 9
Spiritus concentrati *partes sexaginta* . . . . 60.
Digerantur.
